Bursam Vittenbergicam originalem chartaceam, forma, ut aiunt, quarta compactam, Debrecini apud Urbis Consulem Joannem condam Fay de Eadem a me visam; seu Cathalogum Fratrum universorum Nationis Ungaricae in Academia Witebergensi honestorum studiorum causa congregatorum: quae ab Anno 1546. incipit, et ad Annum 1608. desinit, notam feci in Anni 1832. Tudományos Gyüjtemény Tomo III. pag. 86. – 87.

Lib. Hung. (121)
d. 5

(674)

Digitized by Google

MEMORIAE VNGARORUM

QUI

IN ALMA CONDAM VNIVERSITATE

VITEBERGENSI

A TRIBUS PROXIME CONCLUDENDIS SECULIS

STUDIA IN LUDIS PATRIIS COEPTA CONFIRMARUNT

CONCINNATAE STUDIO ET OPERA

IOANNIS LADISLAI BARTHOLOMÆIDES

OLIM ACADEMIAE HUJUS CIVIS

NUNC KÖVINII V. D. MINISTRI.

PESTHINI,

TYPIS JOANNIS THOMAE TRATTNER.

1817.

Digitized by Google

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO DOMINO,

DOMINO LIBERO BARONI

ALEXANDRO PRÓNAY

DE

TÓTH-PRÓNA,

EQUITI AURATO,

SACRAE CAESAREO REGIAE APOSTOLICAE

MAJESTATIS CAMERARIO,

QUA

ECCLESIARUM EVANGELICARUM AUG. CONF.

IN VNGARIA VICE GENERALI.

SCHOLARUM AUTEM SUPREMO

INSPECTORI,

ETC. ETC.

Digitized by Google

DENIQVE

PRAESENTIS OPVSCVLI

PATRONO MVNIFICENTISSIMO

SACRVM!

Digitized by Google

ILLVSTRISSIME BARO!

DOMINE GRATIOSISSIME!

Ea est fuitque semper litterarum non minus, quam aliarum artium, sors et conditio, quod subinde instar mercium in certis locis fabricatarum et depositarum, a cultoribus suis quaeri debuerint, iisque necessitatem peregrinandi imposuerint, ac hucdum imponant.

Scilicet respublica litteraria omni aevo sua habebat emporia, suos omni aetate, jam hic, jam ibi Magistros, suos tyrones ac sodales, qui emporia illa adire, Magistros conuenire, scientiasque ab iis velut mercari, eoque fine in longinquas saepe regiones eruditionis causa proficisci solebant.

Hujus sortis et conditionis Historia testis est. Nonne veteres Chaldaei suam habuere, quam scientiarum causa adibant, Babylonem? Aegyptii suam Memphim? Nonne Graeci in Aegyptum, Romani in Graeciam, Athenas et Corinthum, Judaei Hierosolymas et Tiberiadem, Christiani primorum Seculorum Alexandriam, Antiochiam et Be-

Digitized by Google

rytum, litterarum causa commeabant? *)

Eadem litterarum et Litteratorum sors inter Vngaros et olim fuit, et nunc est, qui postquam Palladem non minus, quam Martem sequi coeperunt, ad Graecos et Latinos, atque Teutones Scientiarum et Artium causa discedebant, idque positis etiam in gremio sui domesticis scholis facere pergebant. Persuasi scilicet erant, peregrinationes tales pluribus modis prodesse, atque tyrones et cultores litterarum non tantum scientiis imbuere, verum etiam eorum mores emollire perpolireque. Vtroque hoc fine et scopo multi Vngarorum ante et post factum Sacrorum divortium, loca, a Magistris artium liberalium celebria, adibant, ac ii quidem, qui avita Sacra retinuere, Patavium, Ticinum, Venetias, Romam, qui ab iis recessere,

*) Vid. Christoph. Aug. Heumanni Consp. Hist. litt. p. 72. seq. edit. 1753.

Digitized by Google

Germaniae et Helvetiae Athenas et Athenaea invisebant.

Vngari Confess. Augustanae addicti, istis culturae adminiculis utentes, pluribus quidem locis studia domi coepta confirmabant, maxime tamen et inprimis a tribus proxime concludendis seculis Vitebergam Saxonum excurrebant. Vrbs haec, et erecta in ea anno 1503 litterarum Vniversitas, emporium illud fuit, in quod eruditionis mercandae causa, frequentissime concedebant, ut proinde sedes haec litterarum, exemplo Joh. Georgii Lippisch an. 1733 Thorunium Prussorum a fauore in populares suos celebrantis, Vngarorum litteris deditorum mater dici possit ac debeat.

Quod Vngari tam frequentes ad hanc Musarum sedem confluxerint, ejus rei causa in celebritate Magistrorum, in opportunitate loci, et in commodis illis quaerenda est, quibus Cives Pannones peculiaribus gauisi sunt.

Digitized by Google

Celebritatem et Doctoribus et loco coepta isthic anno 1517 Sacrorum mutatio, quam Reformationem dicimus, conciliabat, eoque et Vngaros, et aliarum nationum et regionum juuenes, ad adeundum istud Musarum domicilium invitabat.

Vngaris praeterea et loci opportunitas velificabatur. Etenim Vitebergam peregrinantes maximam longinqui itineris partem per ditiones, eidem secum Principi subjectas, Austriam puta, Moraviam, Silesiam et Bohemiam, adeoque velut domestico in solo conficere poterant.

Jam si beneficia consideremus Vngaris Vitebergae exhibita, eos frequentes eorsum conuolasse minus mirabimur, et grati Vniversitatem hanc Vngarorum litteris deditorum matrem, etiam post ejus fata, vocabimus.

Non ego hic ea urgebo commoda, quae in artibus et scientiis consistunt, quibus animos tyronum imbuunt Ma-

Digitized by Google

gistri; his enim aliis etiam in locis fruebantur Vngari: ea solum enumerabo, quae paupertati, magno persaepe litterarum impedimento, medentur, qualia relate ad egenos Viteberga eminenter majoribus nostris praestitit, eosque non secus, quam blanda mater filios, educauit. Haec breuiter commemorasse vice gratitudinis fuerit, quam filii matri pro educatione debemus.

Qui beneficia Vngaris egenis Vitebergae antiquitus collata, ex parte nosse cupit, adeat Librum Petri Lascovii: de Homine, magno illo naturae miraculo, et ejus partibus, scriptum, et anno 1585 typis vulgatum, in cujus dedicatoria Epistola Samuel Seelfisch, Vrbis Consul, Gentis Vngaricae eorsum confluentis Parens adpellatur, ejusque benevolèntia Vngaris declarata epistolis Clarissimorum Virorum Georgii Gönczy et M. Benedicti Illosvani celebrata asseritur; idem consulat, quae Christophorus Dan. Klesch ad Matthiam Chri-

Digitized by Google

stophori, Senatorem Vitebergensem, scripsit, dum eidem anno 1671 Libellum Pilczianum, de Excidio Topschensi concinnatum, dedicauit; porro illorum recordetur popularium, qui in eodem emporio diutius morabantur, quive id sine beneficentia Procerum Academiae facere non potuissent **); qui iteratis vicibus hanc suam adiere matrem ***), aut qua exules huc, velut in portum ex turbido mari semet reci-

---

**) e. g. Georgius Kakas morari poterat ab an. 1536—1555. Lucas Santovianus ab an. 1561—1566.

***) e. g. Paulus Thurius erat an. 1555, iterum an. 1563. Lucas Santovianus annis 1558 et 1561. Georg. Gönczius an. 1559 et 1565, Leonhardus Mokossinus an. 1576 et 1578, idem an. 1580 tertia vice Vitebergam ordin. causa adibat. Petrus Lascovius an. 1578 et 1582, Joh. Pruno an. 1579 et 1581, Steph. Xylander ter adiit Leucoream; recentiori tempore Petrus Madács annis 14 ibidem, ut alios taceamus, mansit.

Digitized by Google

piebant †; postremo eorum non obliviscatur, qui posita Vitebergae fixa sede ††, et media vitae ibi inuenerunt, et honoribus atque dignitatibus exornati †††, denique, qui jus Civitatis Academicae gratuito consecuti sunt ††††.

Jam si in commoda inquiramus, quibus Vngari Aug. Conf. addicti suae medebantur paupertati, ea etiam tanto magis commemoranda esse duco, quanto tristiora sunt, quae de praesentibus carae hujus Vngarorum nutricis fatis feruntur. Ex notorietate

---

† Exempla fere omnes ii exhibent, qui an. 1673 et 1674 Vngaria exire coacti, huc confluebant.

†† e. g. Joh. Bart. Röschelius, Matthias Christophori, Georg. Chladenius, Georg. Cassai sedem fixam Vitebergae posuere.

††† e. g. Francisc. Bánffi, Emer. Thurzó, fasces Academiae tenuere, id quod etiam de Röschelio, Chladenio et Cassaio valet.

†††† Hinc in hocce Catalogo toties illud: gratis, legimus.

Digitized by Google

publica ad eadem primo regia mensa, quam Conuictum vocabant, referenda est. Beneficio hujus fruebantur Vngari fere omnes, subinde gratuito, a potiori tamen depensis hebdomadatim grossis Saxonicis octo, quod quantum fuerit egestatis remedium, illi grati agnoscent, qui Symbolam conferendam integro anno Rh. fl. 30 non adaequasse recogitauerint *). Inprimis tamen huc ponendae sunt fun-

*) Ex Protocollis Senioratus Neogradiensis didici Aug. Conf. add. Vngaros, an. 1713 in eo laborasse, ut Capitale aliquod, in promotionem Conuictorii Regii et Electoralis, quod Vitebergae est, deseruiturum, sortem pauperum Viteb. studentium Vng. alleviaturum, ex benevolis Ecclesiarum, Nobilium, Pastorum oblationibus conflaretur. Sam. Michaelides, tum Neosolii Nationis Slauicae Antistes, postea dignitate Superintendentali conspicuus, ut id fieret, omnimode elaborauit. Sed nihil effectum esse, sequentia ostenderunt tempora.

Digitized by Google

dationes piae a Maecenatibus in gratiam Vngarorum Vitebergae studentium factae sequentes:

a. Leopoldina, quae Fundatorem agnoscit Caesarem et Regem Leopoldum II., qui anno 1791 Conuentum Pilniczii cum Rege Borussorum Friderico Vilhelmo agens, summam trium mille thalerorum Vitebergensi et Lipsiensi Academiis resignandam ea lege curauit, ut ex usura ejusdem Evangelicorum in Bohemia, Transylvania et Vngaria Pastorum filii, Vitebergae et Lipsiae studentes, stipendium leuare possint. Exhibebantur ordinarie uni e Ciuibus, constititque annue thaler. 52.

b. Cassaiana, a M. Georgio Michaelis, alias etiam Cassai dicto, cujus fata ad an. 1675 enarrabimus, procedens. Is facultates suas propriis sudoribus Vitebergae adquisitas an. 1725 Popularibus suis, una cum bibliotheca usuandas reliquit. Fruebantur beneficentia ejus ordinarie Juuenes duodecim, sub-

Digitized by Google

inde plures, leuabantque semestratim et singillatim thal. 13, grossos 10, den. 10. Beneficium istud eo insignius erat, quod cum usu bibliothecae conjunctum, quod item duo Juuenes bibliothecae praefecti gratuito fruebantur hospitio, denique, quod ex eadem fundatione egenis, maxime iis, qui bibliothecae praefuerant, discedentibus in Patriam viaticum exhibitum fuerit.

c. Poldtiana, fundatorem Matthiam Poldt Jaurinensem agnoscebat. Is an. 1734 summam thaler. 1333 ea lege Vitebergae deposuit, ut usura ejus uni cedat Iuueni, qui vel e gente Torkossiorum oriundus, vel ab iis recommendatus esset; inferebat annue th. 50.

d. Temliniana fundatio ea dicebatur, quae a Doctore Matthia Temlin ab an. 1740—1746 Vitebergae morante constituta, Capitalem summam thal. 400 habebat, fructum autem 6 thalerorum inferebat.

Digitized by Google

e. Kubinyiana ab Heroina Juliana Kubinyi originem ducens, quae an. 1715 partem Clenodiorum suorum eo fine huc deposuit, ut divendita in aes converteretur, cujus usura alicui ex Vngaris cederet.

His beneficiis, quibus nostrum aevum usque Vitebergae Vngari fruebantur, addenda est illa aestimatio, qua Patres emporii hujus litterarii Vngaros prosequebantur. Scimus, fasces Academiae, ea ratione, qua Principibus conferuntur, Vngaris fuisse collatos, ut Exempla Francisci Bánffy Lossonczy ad 1585 an. et Emerici Thurzo ad an. 1615. ostendunt. Scimus eadem dignitate Joh. Baptistam Röschelium an. 1700 et Martinum Chladenium pluries eminuisse. Scimus gradum et dignitatem Doctorum Theologiae his ipsis collatum, alios autem per multos in arte salutari et philosophia supremis titulis et dignitatibus fuisse condecoratos.

Digitized by Google

Denique tacendum non fuit, Vngaros Vitebergae studentes Societatem peculiarem, titulo Nationis insigniri solitam, propriis institutis et legibus gaudentem, suis Senioribus et Bibliothecariis provisam, suos memoriales libros, quos Matricas et Protocolla dicimus, habentem, constituisse et efformasse.

Societatis hujus initia Lascovius et Lampius ad an. 1555 mensem Junium referunt, perhibentque, Vngaros Vitebergae morantes, leges sibi tulisse, quas Matricae inscriptas praesentes ratihabuerint, aduenientes subscriptione nominum confirmare soliti sint. Iidem scribunt an. 1569 eosdem Confessionem de Trinitate, an. autem 1571 Articulos certos, quibus vitam et conuersationem suam definiuerunt, concinnasse, et abhinc semper subscribere solitos esse. Atque haec Matrica haud dubie illa est, quam an. 1613 in Hungariam asportatam

Digitized by Google

tatam idem Lampius in Hist. Eccl. p. 331 perhibet.

Vngaros, qui post an. 1613 Vitebergam concedebant, societatem illam continuasse credibile est, etsi ob defectum documentorum ostendi nequeat. Id certum est, eam an. 1725 denuo revixisse. Fundatione enim Cassaiana in usum deducta, pars lateralis in Augustaeo, aedificii pro domicilio bibliothecae Vngaricae et Custodum ejus delecta est. *) Hic conveniebant Ciues Pannones, hic de commodis suis deliberabant, et in commune consultabant; hic Matricae sua inscribebant nomina recenter ex Vn-

*) Isto hospitio usa est Bibliotheca Vngarica usque an. 1806 mensem Octobrem. Hoc tempore irrumpentibus in Saxoniam Gallis, Bibliothecae Vniversitatis illata fuit. Bello conticescente, novum hospitium in aedificio Academiae, quod Fridericianum adpellant, acceperat. Dissipata per ultimum bellum Vniuersitate, quo Collectio haec librorum redacta sit, nondum rescire potui.

*

Digitized by Google

garia aduenientes, discedentes autem in Patriam libellos augendae bibliothecae relinquebant; hic ducebatur a Praefectis bibliothecae protocollum, in quod notatu digna inferebantur; hic ostendebantur peregrinantibus, praeter alios libros, collectanea Michaelis Rotarides, collectio item numorum rariorum, annuli, quos Fundator Cassai Popularibus, in memoriam sui reliquerat, et nonnulla alia. Cubilia ad bibliothecam sita inhabitabant custodes ejus, quos eligebant Populares, confirmabat autem atque fide jurata adstringebat Senatus Academiae. Iidem singulo triennio Orationem in Auditorio majori dicere, atque cum popularibus suis memoriam fundati Stipendii Cassaiani recolere solebant.

Nec id praetermittendum est, Vngaros Academiae hujus cives, occasionibus solemnibus, e. g. Jubilaeorum, iis Juribus, quibus aliae juxta prouincias denominatae societates, gauisos esse.

Videatur libellus, sub tit. „die dritte Seculär-Feyer der Vniversität Vittenberg 1803." editus. His commodis, cum jam tribus proxime complendis Seculis Vngari Aug. Conf. addicti Vitebergae frui potuerint, eos frequentes eorsum confluxisse nemo mirabitur, neque Vniversitati illi Vngarorum litteris deditorum Matris titulos, ingratus denegabit.

Qui fuerint vero Viri illi ex Vngaris, quibus beneficiis his frui contigit, id Popularium, illustrandae Historiae Patriae litterariae et Ecclesiasticae studiosorum, nosse interest, qui proinde Catalogos eorundem et desiderabant semper, et confectos in lucro ponebant.

Ex his, quantum scimus, Caspar Pestius, omnium primus fuit. Is an. 1578 Leucoream adiit, atque populares suos, qui ad suam aetatem in Vniversitate illa studia confirmarunt, recensuit. Videtur vero is nomina eorundem non

Digitized by Google

ex publicis Academiae aduersariis, verum ad ductum Matricae Civibus Pannonibus propriae, descripsisse, quod exinde colligas, quoniam fere saltem Arpado-Vngaros, Slavo- et Teuto-Vngaris a potiori neglectis, inducit. Excerpta ejus Petrus Lascovius in libro, cui tit. de Homine, magno illo naturae miraculo, et partibus ejus, an. 1585 edito, luci publicae exposuit. Eadem Jeremias Lipovius Barovius usque 1597 continuauit, atque Claudipoli in Transylvania, teste Veszprimio, in Descript. Medicor. Cent. 1. p. 191 deposuit. Stephanus Katona Geley in Praef. Praeconii Evangelici primos, qui Vitebergam adiere, Vngaros itidem recensuit. Denique Ven. Joh. Sam. Klein Catalogum Pesthio-Lascovio-Lipovianum, suis Vngaricorum V. D. Ministrorum Evang. Biographiis Tom. II. p. 94. sequ. inseruit atque addidit: „schön wäre es, wenn „man von allen Universitäten Deutsch„lands ein Verzeichniss haben könn-

Digitized by Google

„te von den Ungarn, die da seit der
„Reformation an studirt haben, auch
„dadurch würde die Litterär-Ge-
„schichte meines Vaterlandes einen
„merklichen Zuwachs erhalten."

Ita etiam Genitor meus animatus, dum anno 1806 Vitebergam adire deberem, mihi commisit, ut Catalogum Pesthio-Lascovio-Lipovianum, quoad eos, qui exmissi sunt, ex Matricis Vniuersitatis supplerem, ab an. autem 1597 usque praesentem aetatem, continuarem. Postquam in celebri hac Musarum sede existerem, desiderio huic tanto grato gratius et promtius parui, quod ipse quoque Historiae patriae litterariae et ecclesiasticae sim amantissimus.

Texui itaque Catalogos hos ex publicis Academiae Commentariis, mihi benigne communicatis, qua occasione insignem Magnifici, tum adhuc in viuis agentis, jam ἐνάγιος Viri Joan. Matthiae Schroeckhii, fauorem expertus sum. Is enim et intercessione sua, ut

Digitized by Google

mihi matricae recluderentur, effecit, et me, sicubi forte in lectione nominum titubabam, adjuuit. Huic labori recte tum incumbebam, dum an. 1806 mense Octobri Napoleon Vitebergam occupasset, quem tridui spatio in urbe morantem conspicere licuit.

Postquam redii domum, ad latus Genitoris mei Co-Minister datus, Catalogos eosdem fatis et actis virorum in iisdem occurrentium ex Collectionibus tum Genitoris mei, tum aliorum etiam Virorum litteratorum depromtis, pro eo ac potui, illustrare conatus sum.

Si quid de iis Viris occurrebat, quod jam in libris typis exscriptis luci publicae expositum atque sic notum erat, ab eo commemorando a potiori abstinui, satis habens ad auctores, a quibus talia scripta essent, prouocasse. Imo etiam ab exscribendis MSS. Schmalianis, quod fere integra Biographiis Kleinianis inserta sint, caui. In conjecturis faciendis, ut plurimum Genito-

Digitized by Google

rem meum secutus fui, qui me hoc in labore et animauit, et adjuuit in tantum, ut, ni ingratus videri velim, fateri debeam, vix ac ne vix me in statu futurum fuisse, absque ejus opera laborem hunc, ejus nutu coeptum, consummandi.

Eos Populares, qui ab an. 1725 Leucoream adiere, atque nomina sua Matricae Vngaricae inscripsere, ad ductum hujus recensui, iis, quae forte perperam de fatis et actis eorum posita erant, correctis, quae deerant, suppletis.

Sic enatae sunt hae Vngarorum Vitebergae studentium Memoriae.

Qui plura suppetunt, addat his, qui veriora novit, corrigat, mihi vero, et hisce litterariis primitiis meis faueat, oro!

TIBI vero, ILLVSTRISSIME BARO, laborem hunc meum dedicare, TVAMque Munificentiam implorare, pluribus ex causis ausus sum.

Quantum sit beneficium Dei, quod Protestantibus Vngaris, Exterorum

Digitized by Google

Vniversitates, indultu terrae Principis, adire liceat, id labor iste, quantus quantus est, testatur, TV vero optime nosti, qui plura ejusmodi litteraria emporia et adiisti, et in iisdem moratus es.

Accedit, quod conatus hujusmodi in augmentum Historiae litterariae, et Scholarum, quales olim patria nostra habuit, deseruire possit. Cujus igitur auspiciis felicius prodeat, quam TVIS, qui rem litterariam et scholasticam ex officio curas. Deus Ter Optimus Maximus conatibus TVIS faueat, tribuat valetudinem prosperam, precatur Kövinii, die 1. Dec. 1816.

TVI ILLVSTRISSIMI NOMINIS

cultor et cliens deuotus
Joan. Ladisl. Bartholomaeides,
Eccl. Evan. Köviniensis V. D. M.

Digitized by Google

MEMORIA VNGARORUM,

QUI

IN ALMA VNIVERSITATE VITEBERGENSI

AB EIUS INITIIS HUCUSQUE

STUDUERUNT.

Vniversitate literarum Vitebergae ad Albim cum initiis Seculi sexti et decimi condita, atque mutationis sacrorum, opera Martini Lutheri susceptae, in Hungariam fama delata,

Rectore Academiae seu Nicolao ab Amsdorf, tum Theologiae Licentiato, seu Ioanne Schvertfeger, I. V. D., ex Hungaris primus omnium studiorum causa eorsum concessit

Anno 1522

Martinus Cyriaci. Qui viri hujus nomen catalogis publicis inscribebat, patriam seu locum originis ejus adponere neglexit, eoque posteris ambigendi ansam dedit. Eum ex Hungaris secuti, haud dubie ex notorietate publica, defectum hunc ita suppleverunt, ut in Matricam civibus Pannonibus propriam, cujus Lampe iterato meminit, eamque anno 1613 in Hungariam a bla-

Digitized by Google

tam testatur, cujusve Extractum Lascovianus Catalogus a) exhibet, eum Leutsoviensem (Lötsei) fuisse, testarentur, quod nomen, magyarico idiomate scriptum, cum ejus ignari diverse legerent et exprimerent, dubitare, Lötsei an Jötsei adpellandus foret, coeperunt. Vide Schmalii Advers. in Hist. Eccl. Sect. 1. §. 3. et Joh. Sam. Klein Biographias Evangelicorum Pastorum teutonice scriptas P. 1. p. 32. Sed Cyriacum Leutsoviensem fuisse, laudatus Schmal loco cit. non tantum ostendit, verum dubia etiam diluit; cujus verba hic adponere liceat. Ita autem scribit:

Inter Viros enumeratos, ut quam plurimum insignis fuit Martinus Cyriaci, a patria sua Leutsovia non raro Lötsei dictus, quod perperam fieri, cel. Frider. Boernerus apud Vitebergenses Medic. Doc. et P. P. arbitrabatur; in Epistola ad Clar. Paulum Fabry Neosoliensem, dum Antiquit. Medicinae Aegyptiacae sub ejus praesidio tueretur, data anno 1756, Jötsei non Lötsei adpellandum esse censet, ex quo fundamento ita, ipse non adiicit, et ego nulla ratione adsequi possum. Eum Leutsoviensem fuisse, vel ex hinc confirmo, quod in Albo Bartholomaei Bogneri, cum quo

---

a) Catalogus hic Lascovii continetur Dedicatione Libri, cui titulus: De Homine, magno illo in rerum natura miraculo, et partibus ejus essentialibus, libri II. auctore Petro Monedulato Lascovio Ungaro, Vitebergae per Haeredes Joh. Cratonis Anno MDLXXXV. in 8. editi. Dedicatus est liber Samueli Seelfisch Vrbis Viteb. Consuli, Gentis Vngaricae in Academiam Vitebergensem --- confluentis Parenti. In ipsa Dedicatione laudat Consulis paternam et incredibilem erga gentem Hungaram benevolentiam, nuper Epistolis Clar. Virorum Georgii Gönczii et M. Benedicti Illosvani celebratam. Postea disserit de occasione, qua permota gens Vngara Vitebergam excurrere consueverit.

Digitized by Google

Patriam suam reformavit, se Leutsoviensem adpellauit, et domus Cyriakiana diu Leutsoviae perdurabat, ac forsan hucdum mutatis hospitibus perdurat.

Quod de domo scripserat Schmalius, id de ejusdem Viri posteris, aut consanguineis, alii confirmant, quippe qui anno 1760 adhuc perennaverint. Vid. Klein lib. et loco cit. Etiam Stephanus Katona Geley in Praef. Preconii, Cyriacum Leutsoviensem adpellat, Seckendorf item in Hist. Lutheranismi P. 1. §. 139. not. b. eum qua Leutsoviensem inducit.

Adiit autem Saxones Martinus, non ut passim scriptum reperio, Rectore Philippo Melanchthone, verum teste Matrica Vniversitatis, alterutro Virorum superius inductorum. Rectoratus Melanchthonis in mensem Octobrem anni sequentis inciderat. — Caeterum ex fatis et actis Martini hujus Cyriaci, cujus, ut Lampe lib. cit. p. 57. scribit, et in nomine omen erat, paucissima constant, etsi complures mentionem ejus fecerint. Scripsere scilicet de eo, Pápay, Lampe, Auctor Historiae Diplomaticae, Schmal, Ribini, Klein. Et iste quidem libro et loco citato, reducem in patria docuisse, Confessionem item Civitatum anno 1549 Ferdinando Regi exhibitam promovisse, adfirmat. — Reditum ejus ad annum 1526 ex eo retulerim, quod sequenti jam alios Leutsovienses Vitebergam adeuntes inveniamus, quos id ejus suasu, exemplo et consilio fecisse, credibile est. Proximus ei

Rectore Academiae Philippo Melanchthone

Anno 1523

mens. Oct. Dionysius Anitius Pannonius Vitebergam advenit. Iste est, quem alii Dionysium Linczium scripsere. Qui catalogos publicos, quo-

Digitized by Google

rum extractum exhibemus, oculis spectaverit, initialem cognominis literam ita delineatam videbit, ut eam teutonicum Q aut latinum Q potius, quam L denotare arbitrari debeat. Igitur vel Anitius vel Qintius dicendus est. Equidem non tantum ipse, verum alii etiam, in his praecipue Magnif. Schroeckh, tum adhuc, dum haec excerpercmus, vivens, loco Lintii, Anitium legimus. Ac sane ita legendum esse id confirmat, quod subsequis temporibus Pastores Evangelici Aniceni dicti, haud dubie Dionysii hujus posteri exstiterint. Certe Lampius Hist. Eccl. lib. III. p. 642 Nicolaum Anicenum nominat pastorem Ecclesiae Thur, et anno 1598 Dioeceseos ejusdem Seniorem, quem Dionysii istius filium dicere fas est.

Mens. Oct. Balthasar Gleba Budensis. Hujus atque praecedentis nomen, teste Catalogo Lascoviano, ex Matricis Academiae Caspar Pesthius eruit. Huic itaque, quod loco Dionysii Anitii Lintius in Syllabo Hung. Viteb. studentium occurerit, tribuendum est. Stephanus Katona Geley in Praef. Preconii hunc posteriorem Balthasarum Budai adpellat. Patris mei, in cujus gratiam haec adpono, conjectura est: cognomen viri hujus slavicum (Gleba ac Chleba) in graecum Artopoejus, pro more illius seculi, mutatum, atque Virum hunc ex majoribus atque antenatis eorum esse, qui dein Artopoeji cognominabantur, atque in hoc catalogo ad ann. 1578 et 1587 comparent.

Hunc alii longe plurimi secuti sunt

Anno 1524.

Mens. Maj. Joh. Uthmannus, Ung. Budensis, quem Steph. Katona Geley in Praef. Preconii Joh. Utlimannum dixit.

Digitized by Google

Rectore Justo Jona, Theol. Doct. et Templi OO. SS. Praep.

Anno 1526.

— — Christianus Lanius, Chybnitz Vng. Locus ejus originis ita expressus est, ut Hybbas oppidum Liptoviae, item Schemnitzium, olim Sebnitz item Chebnitz dictum, denotare possit.

Rectore Henrico Stagmann, Art. et Med. Doct.

Anno 1527.

7. *Maj.* Joh. Siglerinus de Leutschavia dioec. Strigon. Vngarus. Equidem hunc, postquam Martinus Cyriacus redierat, exivisse credo. Illo hic morante Vniversitas, ob pestem grassantem, Jenam translata est: ipse vero anno 1528 mense Aprili domum rediit.

Rectore Joanne Vollmár.

Anno 1528.

— — Volfgangus Talhuser Poson. dioec. Strigon. Magister Cracoviensis.

Anno 1529 mense Aprili publicatum fuit nomine Ferdinandi Regis edictum, quo omnes subditorum suorum filios, proposita gravi poena, ex Academia Vitebergensi avocabat, illamque in futurum cunctis interdicebat, teste Vito Ludovico a Seckendorf in Hist. Lutheran. Lib. III. §. 74. pag. 231. Idem Auctor edictum istud de Hungaris specialiter accipit et explicat. Vide ejus libr. indicem.

Rectore Casparo de Zeitleben I. V. D.

Anno 1529.

6. *Sept.* Joh. Henckel büh Vng. Patria hujus Viri in libris Vniversitatis ita expressa est, ut Budam potius, quam Leutsoviam, denotare videatur. Is certe, etsi Leutsoviae natus fuerit, tamen Budensem se scribere potuit, quippe qui hic,

Digitized by Google

Reginae Mariae Concionator existens, habitabat. Biographi ejus, e. g. Horányi in Memor. Hung. P. II. pag. 98. sequ. et Klein in Nachrichten etc. P. I. p. 110. sequ. excursionem ejus Vitebergam et moram ibidem tractam ignorasse videntur, ac evocationem ejus Leutsoviam, et missos eo fine Linczium ad Reginam nuntios, in tempus istud, quo Vitebergae fuit, ponunt. Credibile est, populares ejus ignoravisse, quod Vitebergam discesserit, ideo ad Reginam nuntios mittebant, qui vero vel ideo non poterant non vacui rediisse. Interim non diu Vitebergae moratum esse oportuit. Nam anno sequenti cum Regina Augustam Vindelicorum eum concessisse, atque lectae Confessioni Evangelicorum adfuisse, iidem Biographi perhibent. Fata et acta ejus reliqua in Memor. Hung. Alexii Horányi P. II. p. 98. et Kleinii Biographiis P. I. pag. 110 sequ. relegenda petimus.

Anno 1529.

7. *Sept.* Michaël Szalaj ex Vng. Hunc ego quidem eum, quem alii Mich. Sztaraj, item Mich. Sztarinum nominant, esse putaverim. Nam 1.) magna est inter utrumque in nomine et cognomine similitudo, discrimen vero exiguum. 2.) ut iste Szalaj inter primos, qui dogmata fidei a Luthero didicerunt, ponitur, sic Sztaraj inter primos, qui ea in Hungaria propagabant, collocatur. 3.) Qui Szalaji mentionem faciunt, de Sztarajo silent, qui vero hunc nominant, eodem loco et tempore de Szalajo tacent. 4) Petrus Pázmány in Hodego Lib. III. P. VI. §. 10. --- Ribini in Memorab. P. I. p. 32. Sztarajum cum Matthia Devay arctissime connectunt. At quis conjunctior Devaio isto Szalajo fuerit, quocum Vitebergae studuit?

Quod vero fata et acta nostri Szalaji adtinet, si cum Sztarajo vel Sztarino pro eodem habendus

Digitized by Google

est, docuit multis locis, inprimis Lascoviae, Tolnae, Gyulae, Debreczini, Patakinique. Lascoviae videtur diutius moratus, ut proinde Emerico Zigerio in Epistola ad Flacium data, in Memorab. Aug. Conf. P. I. p. 90 exhibita, Parochus Lascoviensis audiat. Hic existens Superintendentem Tractus Baroviensis egit, quo in munere, postea Gyulam discedens, Eliam Veresmarthi successorem habuit. Anno 1548 et 1553 Tolnae aderat. Debreczini praeterea et Sáros-Patakini eum docuisse, jam monuimus. Multos Magnatum in adoptandis dogmatibus Evangelicis ejus opera usos, Lampe et cum eo plures alii perhibent.

Rectore Jacobo Postomus, Art. Mag. et Med. Licent.

3. *Dec.* Matthias Bíró de Vay (Devay). Hujus Viri omnes illi iterata vice meminerunt, ex parte acta etiam et fata ejus enarrarunt, qui mutationem Sacrorum, opera discipulorum Lutheri in Hungaria susceptam, seu amici seu hostes, adtigerunt. Ne igitur saepius dicta recoquamus, Lectores ad Lampii Hist. Eccl., ad Burium in Micis, Schmalium in Advers. ad Hist. Eccl. Sect. 1. memb. 1. §. 2. not. 4., Horányium in Memor. P. I. p. 516.; Ribinium in Memorabil. P. I. p. 30. atque Kleinium in Biographiis P. II. p. 90 sqq. relegamus.

— — Gregorius Joh. Debreczinus, quem Lascovius et Steph. Katona Georg. Joh. Debreczényi adpellant; fata vero ejus et hi et superius nominati auctores silent, nisi forte eundem esse dicamus, qui alias Joh. Praedicator audit, atque jam sequenti 1530 anno, ob adoptatas Vlrici Zwinglii sententias, a Luthero reprehensus fuit.

Annno 1530.

21. *Mart.* Josephus Daps ex Neusidel.

Digitized by Google

31. *Mart.* Petrus Bartko de Kyritz.

2. *Apr.* Mgd. Egidius Faber Cremniczienſis.

De his tribus, an Vngari sint, tanto magis dubitari posset, quod in Catalogo Lascoviano et Stephani Katona Geley omittantur. Verum enim vero jam Ven. Klein in den Nachrichten etc. P. II. p. 105 observavit, Catalogum Lascovii non omnes Hungaros, qui Vitebergam initio Reformationis adiere, verum fere saltim eos, qui parti Helvetarum accesserunt, recensere. Nobis videtur, causam, quod plures Vngari ex Catalogo Lascovii exmissi sint, in eo quaerendam esse, quod ii, qui illum concinnarunt, Magyaro-Vngari fuerint, qui Slavo-et Teuto-Vngaros in eandem secum classem ponendos non censebant; quare ipsum Stoeckelium etiam ex eodem exmiserunt.

Rectore Justo Jona

1. *Oct.* Leonhardus Stöckel, Bartf. Vitam memorabilis hujus viri omnes illi attigerunt, qui fata religionis Evangelicae in Hungaria enarrarunt. Inprimis tamen de eo Ven. Klein egit, in scripto: Leonhardus Stöckelius communis Vngariae Praeceptor, Rintelii 1770 impresso, et in Biographiis P. I. p. 186 seqq. item Ribini in Memorab. P. I. p. 45. 46. 153. seqq.

— — Laurentius Serpilius seu Quendl, patria Belensis Scepusius. Hunc Lascovius ex Catalogo suo exmisit, nos in Matricis Academicis frustra quaesivimus. Inserimus nihilo secius numero eorum, qui ex Hungaris Vitebergae studuere, idque ea ex ratione, quod David Godofr. Arnoldi, Bujanoviensis in Polonia Pastor, et cum eo Czwittinger, Schmal, aliique adfirment, Melanchthonem nomen ejus teutonicum in latinum mutasse, ipsum autem Laurentium Augustae Vindelicorum perlectae Conf. Evangelicorum interfuisse.

Digitized by Google

Adversaria Ecclesiastica hujus temporis ejusdem nonnisi ad an. 1545, qua Parochi Belensis, mentionem faciunt, eumque hic loci mutationem Sacrorum suscepisse ac peregisse testantur. Vitam ejus enarratam exhibuit Klein in Biographiis P. I. p. 323. seq. ac ante eum Czwittinger Spec. p. 353. Etiam Ven. Genersich in Memorab. Vrbis Kesmarkiensis P. II. p. 102.

— — Demetrius Cydae de Oris Vngariae, quem Lascovius Demetrium Cjuda scripsit. Est fortassis is, quem Lampe Hist. Eccl. Lib. II. p. 70. cum Andrea Batizi conjungit et Demetrium Dereskey nominat.

— — Emericus Osorinus, Hung. Lampius Ozoraium vocat, testaturque, eundem in Patriam reducem inter Chrysium et Marusium fluvios docuisse, — lib. cit. p. 68. Ribini in Memor. P. I. p. 32. adpellat eum Osztoraium, eique partem in procurata hungarica librorum N. T. versione tribuit. Sunt etiam, qui hic Emericum Ovarinum legunt.

— — Lucas Thurinus. Existimarim esse patrem Paulli Thurii ad an. 1555 inducendi.

Rectore Christophoro Blauco, Jurium Licent.

Anno 1531.

13. *Oct*. Andreas Lupus, Strigon. apud Ste ph. Katona in praef. Preconii Farkas dicitur. Nonne vero Lupus hic Lupinus ille est, qui dein an. 1570 Confessionem fidei Tsengerianam dictam typis excudit. Vid. Ribini Memor. P. I. p. 107.

Rectore Melchiore Fend, Art. Mag. et Med. Licent.

Anno 1532.

— — Simon Agriensis, Hung. Equidem hunc cum eo, quem Lascovius sub hoc nomi-

Digitized by Google

ne ad an. 1530 adducit, eundem dicerem, ni ille Transylvanum se professus fuisset.

— — Stephanus Galzeechy, Vng. Istum Lampe Thomam nominat, eique reformationem Tractus inter Marusium et Chrysium cum aliis adscribit, lib. cit. p. 68. Horányi autem in Memor. Hung. P. II. p. 2 Cracoviae in Polonia, antequam Saxones salutasset, studuisse adfirmat: oportet tamen Cracoviam iterum redierit, quia isthic edidit an. 1538 libellum sub titulo: A' Keresztény Tudományról való rövid Könyvetske, Gál Szétsi István mestertűl szereztetett.

— — Franciscus Tornensis ex Catalogo Lascovii huc notatus, quem alias Franc. Czeglédy, et Tornai dictum, quippe loco Czegléd Comitatus Tornensis oriundum, Pastorem Sáros-Patakiensem an. 1568 fuisse, Lampius lib. cit. p. 597. perhibet.

Rectore Francisco Vinariensi

— — Johannes Antall, Vng. Est haud dubie Joh. Antonius Cassoviensis Hungarus, qui jam an. 1521 Prof. in Vniversitate Cracoviensi fuit, atque eodem anno ibidem librum, sub titulo: Theriobuliae, an. 1614 Vratislauiae excusum, publici juris fecit. Idem Antonius, antequam Vitebergam salutasset, Praedicatorem Eperiesini juxta dogmata Lutheri egit. Ille enim haud dubie est, cujus per Episcopum Agriensem Thomam incaptivati, ac usque in Poloniam abducti, ad an. 1531 Conradus Sperfogel in suis contractis Annalibus Scepusiensibus mentionem facit. Vid. Ribini Memor. P. I. p. 36. nota a.)

Rectore Casparo Crucigero, Art. et Theol. Doct.

14. *Maj.* Gregorius Saltzer, Schemniczienſis

Digitized by Google

23. *Jul.* Joh. Baronius de Kohly, dioec. Quinque Eccl. Hung. Hic se Baronium vel Barovium, a provincia, ex qua oriundus erat, nominavit. Nimirum Comitatus Baranyensis, olim Barovia et Baronia audiebat.

23. *Jul.* Benedictus Zerenciensis, dioec. Agrien.; apud Katonam Benedictus Szerentsy; est fortassis Bened. Ruben an. 1544 Agriam ordinatus.

23. *Jul.* Martinus Paczolinus, ejusd. dioec. Hung.

5. *Aug.* Gregorius de Belswitz, Hung. ad Cassoviam.

5. *Oct.* Caspar de Zeten, Hung. dioec. Strigon.

14. *Oct.* Matthaeus Babay, Sinnichius Hung. quem Lascovius Martinum Babay Simigium dicit.

Rectore Sebaldo Münsterer.

— — Michael Ungar, Strigoniensis.

— — Gregorius Faber, Soproniensis.

Rectore Joanne Ernesto Duce Saxoniae etc.

— — Andreas Sauer, Cremniczíensis.

— — Lucas Sylvestri, Lascovio notatus, est haud dubie is, quem Melanchthon Johannem adpellat, atque Palatino Thomae Nádasdy commendat in Epistola apud Ribinium P. I. p. 41. seqq. adlata. Plura de eo habet Vallaszky in consp. reipubl. litter. pag. 147.

— — Thomas Ujheliensis, Lascovio soli notus.

— — Franciscus Leutsoviensis.

Rectore Alberto Duce Brunsvicensi.

Anno 1535.

— — Joh. Petrus Fellak, cujus memoriam Lascovius conservavit, forte a Filek, loco Comitatus Neogradiensis, ita dictus.

Digitized by Google

Rectore Duce Joh. Friderico, Pro-Rectore Jacobo Milichio.

Anno 1536.

23. *Maj.* Lucas Hunyadinus, Vng.

17. *Jun.* Leonhardus Veisbeck.

26. *Jun.* Georgius Kakas, cujus aduentum Lascovius ad annum seq. refert. Mansit Vitebergae usque 1555, quo postquam in Seniorem nationis ordine primum electus fuisset, patriam repetiit. Lascovius, dum ad an. 1555 conditam societatem Hungarorum exponit, nostrum Georgium Gallipaganum adpellat.

— — Thomas de Strigonia.

— — Stephanus Sass, Vng.

— — Benedictus Lotinus, Vng.

1. *Sept.* Christophorus Breiss, Lascovio Brinsz, Poson.

— — Sebastianus Boldius; Lascovio Baldius.

— — Petrus Stöeckel, Bartf. gratis (scil inscriptus).

Rectore Justo Jona.

Anno 1537.

— — Franciscus Haschadi, Nobilis Vng. Lascovio Haskady.

— — Laurentius Mölden er, Schemnitz.

— — Michael de eadem Kaló, Vng.

— — Paulus Rubigallus, Cremnitz. Edidit, teste Czwittingero in Specim. p. 321 Hodoeporicon itineris Constantinopolitani carmine Elegiaco. Item: Quaerelam Pannoniae ad Germaniam. Viteb. 1544, cui epigrammata Melanchthonis et aliorum addita sunt.

Rectore Augustino Scharff.

— — Stephanus Chalomi, Lascovio Kalomi.

Digitized by Google

— — Gregorius Péter, Vng.
— — Nicolaus Rinolaus, Vng.
— — Petrus Czaludinus.

Rectore Philippo Melanchthone.

Anno 1538.

— — Benedictus) Güncini Hungari. Ho-
— — Stephanus) rum prior fors Benedictus Ruben est, an. 1544 Agriam ex Vniversitate vocatus et ordinatus. Vid. Indic. Ord. Vittebergae.

— — Paulus Sartor, Albaregalensis.

— — Jacobus Segodunensis Pannonius (Szegediensis).

— — Demetrius Temesvariensis. Est procul dubio Demetrius Torday, primus in Hungaria Aug. Conf. Superintendens. Vid. Ribini Memorab. Aug. Conf. P. I. p. 100. qui id ex Haneri Hist. Eccl. Transylvaniae lib. IV. p. 225 et ex aliis adfert. Aderat Demetrius in Synodo Erdödiensi.

— — Johanes Kisseriensis, Pannonius.

Rectore Melchiore Kling, I. V. D.

Anno 1539.

— — Caspar de S. Gotthardo, Pannonius. Existimarim eum esse, qui an. 1550 in Ministrum Boinicium vocetus, ordinatus est Vitebergae, cujus vero nomen diverse scriptum est. Nam alii M. Caspinianum Casparum, alii Hosparg exprimunt.

— — Sigismundus Torda Gelous, quem Lascovius ad hunc annum ponit. Vocabatur etiam Geley et Gelonius, ut eum Gesnerus in Bibliotheca p. 598 adpellat. Studuit penes alias artes etiam Medicinam. Factus est post reditum

Digitized by Google

Scholae Eperiesiensis Docens, dein variis politicis negotiis tractandis adhibitus, e. g. a Schvendio legatus missus ad Georgium Bebeck. Opera ejus exponit Horányi in Memor. Hung. P. II. p. 18. Agit de eo etiam Ribini in Memorab. Aug. Conf. P. I. p. 65. et P. II. p. 414.

Rectore Georgio Major.

Anno 1540.

2. *Oct.* Gregorius Visacknaj, Vng. (Vizlaknay) Ludirector apud Kolosvarienses factus, cliens Vrbani Batthyanii, post cujus fata persecutionem a Georgio Monacho, cum Synergis sui, Caspare Helto et Omlatio, passus est, teste Lampio l. c. p. 94. qui haec ex Hanero addit.

— — Demetrius Batisi.

29. *Oct.* Josephus Pesthy, Vng.

23. *Nov.* Joannes) Henckel, Leutsov. Conradus) Posteriorem hunc Scholae Leutsoviensis Rectorem, atque Danielis Türk primi Rectoris successorem fuisse Gymnasiologia Rezikiana testis est. Idem perhibet Catalogus Rectorum Leutsoviensium in Lexico Korabinszky p. 371.

19. *Dec.* Emericus Putnagi, Vng.

Rectore D. Chilia in Goldstein.

Anno 1541.

— — Johannes Saltzer, Schemnitz.

— — Stanislaus Bodenstein, Posnensis, vel Posoniensis.

Vice-Rectore Georgio Majonos.

17. *Oct.* Joh. Sommer, Caseoforensis Vng. Reducem in patria Pastorem factum, literae Magistrorum Vitebergensium in Memorab. Ribini P. I. p. 148 — 151 ostendunt. Idem confirmat, et plura de eo addit Genersich in Memorab. Vrbis

Digitized by Google

Kesmarkiensis P. I. p. 249. Ab hoc. Joh. Sommer duos alios distinguit Mart. Lautsek in nota in Memorab. Vrb. Kesmark. a Ven. Genersich editis, P. II. p. 114 adducta. Verum quem altero loco ponit, atque an. 1541 Vitebergam venisse asserit, idem est cum primo, hoc est cum isto, de quo hoc loco agimus. Alter Joh. Sommer Pirna Misnicus fuerit, qui in Transylvania Rectorem Scholae Bisztricii ac etiam Claudiopoli egit, partibus Francisci Davidis addictior, de quo Lampe in Hist. Eccl. p. 274.

Rectore Jacobo Milichio, Med. Doct.

Anno 1542.

19. *Mart.* Andreas Batizi, Vng. Hunc e numero eorum fuisse ajunt, quorum opera Petrus Perényi ad amplectenda Sacra Evangelica perductus sit, ac etiam in aliis conuertendis usus fuerit. Vid. Hodegum Petri Pázmány citante Ribinio Mem. P. I. p. 18. Lampius l. c. p. 70. Casparum Drágffy in convertendis suis subditis ejus opera usum scribit, praeterea in Synodo Erdödiensi praesentem adfuisse affirmat ad an. 1545, lib. cit. p. 93 Qua auctorem vero hymnorum patrio sermone concinnatorum commemorat Horányi in Memoria Hung. P. I. p. 147:

20. *Mart.* Blasius Felnemeti.

20. *Mart.* Basilius Turnerius, Vng.

24. *Apr.* Bartholomaeus Fraxinus.

Rectore Matthaeo Aurogallo.

24 *Jun.* Stephanus de Kopatz, Vng. Memorabilis prae caeteris vir hic fuit. Eo auctore Perényium Evangelicum factum, alios ad amplectenda eadem sacra perduxisse, Pázmány in Hodego Lib. III. P. VI. §. 10 adfirmat. Lampius eundem fundatorem Ecclesiae et Scholae Patakiensis nominat, atque primum inter Pastores ejusdem

Digitized by Google

coetus ponit, et ad an. 1550 Synodo Erdödiensi interfuisse scribit. Vid. lib. cit. p. 597 et 98. et Kleinii Biograph. P. II. p. 397.

Mens. Jul. Joh. Conisch, Caesareof. Vng. Est haud dubie Pater Christophori, Avus vero Adami Kunisch Rect. Kesmarkiensis an. 1598. Vid. Genersich Memorab. Vrb. Kesmark. P. II. p. 161.

— *Jul.* Stephanus Gauj vel Gaunoj, Hung.

— *Aug.* Casparus Pastor, Vng.

Rectore Casparo Crucigero.

Anno 1543.

22. *Mart.* Stephanus Szegedinus. Viri hujus, qui etiam Kis alias dictus est, vitam Matthias Scaricaeus, ejus in Ecclesia Patria successor, exposuit, quae Locis ejus communibus, Basileae 1599 in folio excusis, praemissa est. Hujus extractum Kleinius in Biograph. P. II. p. 106. exhibet, ubi fata et acta ejus ennarata, videri possunt: Lascovius adventum ejus Vitebergam ad an. 1541 retulit. Quantus vir suo tempore fuerit, non tantum Biographi ejus, in his Czwittinger in Specim. Hung. Litt. p. 364. seq. Horányi P. III. p. 338. seq. in Mem. Hung; verum id etiam ostendit, quod Matthaeus Dresserus, Lipsiae Lingv. Orient. Prof. libros de partibus corporis humani concinnatos, eidem dedicaverit. Matthiae Devay socium fuisse, Ribini Memor. P. I. p. 32. monet, de eodem plagis crudeliter caeso lib. cit. p. 63. seq. de eo autem mortuo p. 224. egit. Ritum ordinationis eum peregisse, Klein in Biograph. P. II. p. 459 affirmat. Lampius pluribus locis de eo agit, eumque Pastorem Lascoviensem et Baroviae Superintendentem nominat. Vid. lib. cit. p. 105. Opera ejus recenset Jöcherus in dem Gelehrten Lexicon.

22. *Mart.*

Digitized by Google

22. *Mart.* Caspar Heltay, Pastor postmodum Claudiopolitanus in Transylvania, teste Lampio lib. cit. p. 94.

22. *Mart.* Benedictus Abadius, qui praeterea etiam Tymper dictus est. Studuit Vitebergae sumtibus Comitis Nádasdy, quo suffragante anno 1541 N. Test. lingua Patria, juxta versionem Sylvestri, Magno-Szigethini ediderat. Antequam rediret ordinibus Sacris se initiandum curavit, quod 1544 factum, publica adversaria ostendunt.

— — Franciscus Mohinus. Officia ejus post reditum in patriam, qualia et ubi gesta, reperire non potui. Insignem tamen virum fuisse, ac inter eos, qui Aug. Confessioni Helveticam praeferebant, eminuisse, ex eo colligas, quod Synodales Gönczenses, an. 1566 in Epistola ad Transylvanos missa, eum tueri voluerint. Vid. Lampe lib. cit. p. 135. seq. et Ribini Memorab. P. I. p. 203. seq. In Synodo Erdödiensi an. 1545 celebrata eum adfuisse, idem Lampe p. 93. cum aliis perhibet.

— — Blasius Biharinus.

27. *Apr.* Johannes Allagyi, Nob. Vng. Erat Dominus in Regetz, insignis literarorum fautor. Vid. infra ad mentionem Lucae Szantoviani.

— — Andreas Udvary, Vng.

29. *Apr.* Martinus Rosemann, Carponens.

Rectore Laurentio Zoch, I. V. D.

29. *Jul.* Blasius Váry, Vng.

— — Johannes Fabry, Colocensis Vng. qui an. seq. 1544 ex Vniversitate revocatus, et ad Syla i. e. Solnam ordinatus, in Indice Ord. Vitebergae notatus occurrit.

Digitized by Google

Rectore Melchiore Fend, Med. Doct.

Anno 1544.

Mens. Jan. Emericus Palutzky, Vng. Hunc patrem esse dixerim alterius Emerici Paluch, ante an. 1580 Rectoris Scholae Martinopolitanae apud Thurotzienses, ab an. autem 1580 Pastoris Belensis eodem in Comitatu, cui dein 1610 Ladislaus Bartholomaeides gener in eadem Ecclesia successit.

— *Mart.* Georgius Rudolphi, Veterosol.

— *Apr.* Valentinus Caroli, Vng. Vnus e praecipuis Reformatoribus Debreczini, quem a Valentino Török eorsum adductum, Lampe lib. cit. p. 68. scribit.

Rectore Johanne Hatstedio.

— *Jun.* Georgius Galtzbank, Carponensis, cujus nomen alii verosimilius Saltzbank scribunt. Erat is circa an. 1560 Rector Schemnitziensis.

— *Jun.* Casparus ex Gyula, Vng.

— *Jun.* Johannes Hensel, Bartphens.

— *Jun.* Albertus Lanio, Leutsov. Est haud dubie is, quem Korabinszky in Lexico Geograph. Vng. in Catalogo Rectorum Scholae Leutsoviensis ad an. 1553 ponit, atque Albertum Lavium nominat.

— *Jun.* Christophorus Molnerus, Caesareoforensis.

— *Sept.* Johannes Moskopius, Cremnitzensis.

— *Sept.* Michael Nedoschouszky, gratis. Hujus cognomen male scriptum existimo. Credo esse Michaelem Radaschinum, fuisseque adscriptum hoc modo: Radaschouszky. Certe Radaschinus nullibi alias adscriptus comparet. Constat autem, eum Vitebergae studuisse, et quidem vivo adhuc Luthero, sicut ex literis Radaschini

Digitized by Google

ad Eperiesienses an. 1562 datis, in Memor. Aug. Conf. a Ribinio P. II. p. 421. adductis patet.

Rectore Georgio Major, Theol. Doct.

26. *Sept.* Christophorus Lippensis, Vng. Postea Docens in utraque Cathedra Temesvarini et collega Stephani Szegedini, teste Lampio lib. cit. p. 98.

24 *Nov.* Stephanus Harsányi, Vng.

— *Nov.* Thomas Kissanyi, Vng.

20 *Dec.* Emericus Szigethinus. Est haud dubie is, qui etiam Zigerius, item Erzeky, dictus fuit. Fata et acta ejus nonnulla cognosci possunt ex epistola, quam an. 1550 ad Flacium dedit, quam Memorab. Aug. Conf. insertam P. I. p. 98. seq. lector legere potes. Eum Michaelis Sztarini Tolnae antecessorem fuisse Lampe lib. cit. p. 98. scribit.

Anno 1545.

7. *Jan.* Petrus Zeschrapa, Vng.

— — Johannes Mediomontanus, Vng. Ordinatus est 1546 in patriam, qua occasione hanc Mittelburgum adpellauit, quod nomen, quo de loco intelligi debeat, ignoro, nisi forte de urbe Transylvaniae Megyeso, Latinis Media dicto, accipere velis. Sed hac ratione Transylvanus fuisset, cum tamen ipse Hungarum se scripserit. Filius ejus Paulus qua Senior et Superintendens inducitur a Lampio p. 621.

15. *Jan.* Matthaeus Müldner, Schemnitziensis.

11. *Mart.* Emericus Roxer, Zipsensis. Ordinibus Sacris initiatus Vitebergae 1558. 14. Septembris.

21. *Mart.* Albertus Feltöti, Vng.

— — Georgius Prodabiczinus, Vng. teste Lascovio, docens post reditum Lascoviae, ac ibidem mortuus est.

I intelligo Oppidum Feltö Bánya, quod in priscis Regum tabulis Medius Mons appellatur.

Digitized by Google

11. *Apr.* Johannes Cosmider, Posnaviensis. Forte Rosnauiensis vel Posoniensis.

26. Apr. Leonhardus Cromerius, Eltschoviensis. Patria hujus potest esse oppidum Alnovia, germanis Eltsch dictum. Ego tamen Leutsoviam indigitari credo, quae plures Cromerios habuit.

Rectore Vdalrico Mordeisen, I. V. D.

27. *Maj.* Matthaeus Szegedinus, Vng. Hunc primum in partibus Trans-danubianis Superintendentem Lutheranum an. 1576 constitutum fuisse, Ribini in Memor. P. I. p. 282 scribit.

30 *Maj.* Raphael Steger, Novisoliensis.

29. *Jun.* Johannes Samboki, Ternaviensis. Celebris hujus Historiographi Vngarici nomen notius est, quam ut hoc Elencho praedicari possit. Meminerunt ejus domestici et extranei scriptores. Lascovius sequentia de eo notavit: qui post indefessum, in edendis proprio et alieno Marte elaboratis libris, laborem, nuper Viennae Austriae occubit.

— — Johannes Sremer, Soproniens.

20. *Jul.* Nicolaus Eszterinus, Vng. Thomae Eszterházy, de quo infra ad an. 1590, Parens.

— — Paulus Szegedinus, Vng.

4. *Oct.* Michael Raychiani, Vng. Lascovio Mich. Raikani.

14. *Oct.* Martinus a S. Elisabeth, Vng. Ordinatus an. 1546. feria quarta post Dom. Quasimodogeniti in Pastorem Clausenburgum, qua occasione nomen suum Martinus Valintz von S. Elisabeth, scripsit, ac se Magistrum factum testatus est.

Rectore Augustino Scharff, Med. Doct.

— *Nov.* Blasius Doberczin, Vng.

Digitized by Google

Rectore M. Johanne Marcello.

Anno 1546.

16. *Jan.* Johannes Sasvarinus.

— — Andreas Orman, Cusiensis.

— — Dionysius e Septemcastris. Horum duorum Lascovius meminit.

— — Blasius Butthus vel Botus, hoc eodem anno Solnam revocatus et ordinatus Vitebergae.

— — Andreas Bosdas, itidem hoc an. Viteb. ord.

Rectore Casparo Crucigero

Anno 1548.

— — Michael Korláth, Nob. Vng. Pater haud dubie Stephani, qui an. 1590 Gömöriensis Pro-Comes fuit.

13. *Maj.* Stephanus Gyompor, ex superiori Pannonia.

11 *Aug.* Joannes Szathmarinus, an. 1550 ordinatus in Ministrum Bajmocensem, teste Matrica Ord. Viteb.

11. *Aug.* Lucas Futaky.

11. *Aug.* Wolbertus vel Albertus Salay.

11. *Aug.* Valentinus Debreczinus, quem Lampius a Valentino Törökio evocatum, Debreczinum reformasse asserit.

22 *Sept.* Michael Horváthy.

22. *Sept.* Josephus Zegedinus.

8. *Oct.* Emericus Báthory, Vng.

— — Matthias Tövissiensis, Pannonius. Hunc eum esse dixerim, qui Emerico Zigerio in Epistola ad Flacium scripta in Memorab. Aug. Conf. P. I. p. 90. inducta, Matthias Motzerus audit. Certe utrumque cognomen, quorum il-

Digitized by Google

lud magyaricum, istud slavicum est, a lacu denominatum vult.

— — Stephanus Cruciger, Crimicensis, notatus a Lascovio.

Rectore Benedicto Pauli, LL. Doct.

20. *Oct.* Johannes Balsius, Vng. Occurrit inter eos, qui an. 1568 Confessionem Cassoviensem ratihabuere, teste Lampio p. 214.

— — Georgius Siculus in Catalogo Lascovii occurrit.

Rectore Jacobo Milichio, Med. Doct.

Anno 1549.

Ven. Klein in Biograph. P. II. p. 81. not. 59. meminit literarum a Schemnicziensibus ad Melanchthonem datarum, atque hoc an. 1549 exaratarum, quibus petebant, vellet iis in Pastorem animarum, vel Nicolaum Herko, vel Ehrhardum Schnepff mittere. Priorem Scepusiensem fuisse asserit.

— — Matthias Gyulai.

— — Helias Tsóka, Siclosinus.

— — Gallus Gazdaj. Nonne est Gallus Huszár, Pastor dein in Ovár?

— — Nicolaus Kanyo.

— — Johannes Vitus Balsaratus. Erat simul Medicus et Theologus. Adiit Vitebergam sumptibus Annae, Petri Jaxit viduae, teste Lampio lib. cit. p. 70. Anno 1555 electus est in Seniorem nationis Vngaricae, serie secundum. An. 1556 rediit in Patriam, in qua Gabrielis Perenii Medicum, ac postea oppidi Liska, porro oppidi Sáros-Patak, Pastorem egit. Subscripsit Conf. Agriensi, contra Lucam Agriensem editae. Vitam ejus breuibus descripsit Lampe lib. cit. p. 595. ac ex isto

Digitized by Google

alii, inprimis Horányi, in Memor. Hung. P. I. p. 110. Klein in Biograph. P. II. p. 392 seq. qui etiam labores ejus literarios recensent.

Rectore Erasmo Reinholdo, Mathem. Prof.

Anno 1550.

14. *Feb.* Franciscus Futaginus, Vng. Subscripsit Conf. Cassoviensi an. 1568 teste Lampio lib. cit. p. 249. eratque tum Pastor Ecclesiae Eszlariensis.

21. *Mar.* Matthias Marcus, Schemnitz.

Rectore Johanne Forster, Theol. Doct.

14. *Maj.* Matthias Orbazius, Vng.

19. *Jun.* Matthaeus Gönczy, Vng. Post reditum Pastor Arcensis in Szathmár, ac iterum suburbanus ibidem, dein Superintendens in Transylvania.

— *Jun.* Lucas Zilahnius, Vng.

1. *Jul.* Christophorus Vendigius, Eperiesiens.

5. *Aug.* Valentinus Klybnik ex montanis Hung.

22 *Sept.* Georgius Hoszuthoty, nob. Vng.

10. *Oct.* Georgius Abstemius, Vng. Hunc ego eum putaverim, quem Lampe lib. cit. p. 567. Bornemisza adpellat, eumque Pastorem Eccl. Szerediensis, ac circa annum 1576 Superintendentem fuisse, testatur. Meminit ejus etiam Pazmanus in Hodego p. 245. Vid. Ribini Memorab. P. I. p. 245. not. b.

13. *Oct.* Joh. Schneider Bartphens, quem Lascovius Schiderum, Schmalius autem in Advers. ad Hist. Eccl. c. 1. §. 10. Schaderum adpellat. Melanchthonis et Chemnitzii discipulum fuisse, Michaeli Radaschino in munere Sacro successisse, librum de Coena Domini ex ore Chemni-

Digitized by Google

tzii descripsisse, atquean. 1580 mortuum esse, idem Schmal asserit.

Rectore Joanne Trautenball, I. V. D.

Anno 1551.

1. *Mart.* Nathanael Rhenander, Schemnitz.

12. *Mart.* Vincentius Szinrai, Vng. etiam Kalmár dictus, an. eodem ordinatus ad Vagendrüssel.

— — Stephanus Almassinus, Vng.

2. *Apr.* Bernhardus Schall, Varaliens. Occurrit in Indice Ord. Viteb. ad an. hunc 1551. Evocatus vero est in Patriam in Ministrum.

3. *Apr.* Blasius Secinus, Vng. Lampius lib. cit. p. 104. Basilium Szeky, Páriz Pápai autem Basilium Székely adpellat, eumque in Synodo Beregszásziensi adfuisse testatur.

24. *Apr.* Valentinus Vize, Comarodensis.

Rectore Vito Oertel, Med. Doct.

14. *Maj.* Andreas Sertsmann, Strigoniensis.

4. *Jun.* Emericus Zombathinus.

— — Benedictus Hunyadius, cum seq. per Lascovium notatus.

— — Emericus Csanadinus, isto adhuc anno Liskam vocatus, et Vitebergae ordinatus.

— — Joannes Zabronczi, Illyricus)) soli Lascovio noti.

— — Gervasius Nagylaky.)

— — Stephanus Batizius, Vng.

30. *Aug.* Georgius Agriensis, Vng.

5. *Oct.* Thomas Benczius, Eperiesiensis.

10. *Oct.* Matthias Fegnerus, Eperiesiensis.

Digitized by Google

Ad hunc annum in Catalogo Ord. Viteb. fit qnoque mentio

— — Gabrielis N. Boronam ex hac Vniversitate vocati et ordinati.

Rectore Paulo Ebero, Art. Magistro.

Anno. 1552.

20. *Febr.* Stephanus Maromarosinus, Vng.

14. *Apr.* Gregorius Fusticy, ex inf. Pannonia.

Rectore Laurentio Lindemann, I. V. D.

4. *Maj.* Michael Szölösy, Vng. Hic alias Szilvásy nominatur; atque, qua reformator oppidi Ujhely, ad socios Matthiae Dévay refertur, in Memor. Aug. Conf P. I, p. 32. Posset tamen hic etiam Michael Siklossy intelligi, qui cliens Petri Perényi ab actis et fatis suis in confiniis arcis et Civitatis Siklosiensis perpessis denominatus est, qui Articulos Superintendentiae Baroviensis latinos, hungára civitate donaverit, teste Lampio lib. cit. p. 666.

— — Petrus Sigitti, Vng.

20. *Jun.* Lucas Agriensis, Vng. Redux in Patriam, et Praeco Evangelii in patria urbe factus, in dogmate de SS. Trinitate non satis recte sensisse videbatur. Proinde plures contra eum Synodi celebratae, e. g. Gönczensis 1567. Cassoviensis 1568. sub praesidio Lazari Svend, in quibus pro socio Blandratae et Davidis declaratus, in posteriorique in carceres conjectus fuit. His quinquennio durantibus resipuit, Confessionemque edidit. Pugnarunt cum eodem plures, inprimis Casparus Caroli Gönczensis et Basilius Fabriczius Szikszovianus. Vid. Lampe lib. cit. p. 187 — 219. Horányi P. I. p. 659. Ribini P. I. p. 204.

Digitized by Google

Anno 1553.

18. *Mart.* Basilius Nagyfalvinus, Vng.

Rectore Melchiore Fendio, Med. Doct.

3. *Maj.* Antonius Szentkirályi.

— — Balthasarus Király.
— — Paulus Danczius, Szent-Benedikty.
— — Andreas Babolcsay, Simigius.
} soli Lascovio notati.

— — Joh. Czibnerus, Bartphensis.

25. *Maj.* Eleazar Schlaher, Schemnitz.

22. *Jun.* Thomas Sabrancky, Vng. quem Lascovius Zobranczy scripsit.

27. *Jun.* Andreas Nigrinus, Cremnitzensis.

7. *Aug.* Michael Kreisz, Carponensis.

— — Matthias Hebler, Carponensis, anno eodem Cibinium in Transylvaniam vocatus et ordinatus, teste Matrica Ord. Viteb.

— — Paulus Niceus ex Nemesvath. Rediit hoc anno ad Eccl. Cremniczensem a Melanchthone missus, uti adparet ex Epistola Melanchthonis apud Ribinium Tom. I. p. 52. prostante.

26. *Sept.* Andreas Querlach, Thuroczens. Vng. gratis.

Rectore Comite Vlrico a Reinstein.

6. *Oct.* Franciscus Czegledinus, Vng. an. 1556 in Seniorem nationis, discedente Petro Melio, electus.

24. *Dec.* Georgius Canissei, Vng.

Anno 1554.

21. *Febr.* Georgius Zegledinus. Qua Pastor Varadiensis et Senior tractus ejusdem inducitur a Lampio p. 636. et qua talis intererat

Digitized by Google

colloquio seu disputationi cum Blandrata in Transylvania habitae. Vid. Páriz Pápai in breuibus Comment. rer. hung. Eccl. p. 155.

— — Joh. Varadinus.

17. *Mart.* Joh. Cyngeri, Vng. (forte Csengeri.)

21. *Mart.* Georgius Baranyi, Bartphensis Vng.

9. *Apr.* Ambrosius Stübnerus, Schemnitz. Evocatus fuit a Dantiscanis in V. D. M. ordinatus feriis Ascensionis 1561, postquam praevie supremos in Philosophia honores consequutus fuisset. Auctor Biographiarum P. II. p. 85 eum in locum Vlrici Cubicularii an. 1564 a Schemnitziensibus vocatum, votis popularium non adsurexisse adfirmat.

Rectore Sebastiano Theodorico, Inf. Mathem. Prof.

4. *Jun.* Gregorius Monár, Vng. Teste Horányio in Memor. P. II. p. 655 post reditum Rector Scholae Claudiopolitanae. Edidit Elementa Grammaticae latinae, Claudiopoli 1556 impressa.

— — Blasius Debreczinus, Vng. pleno nomine Basilius Smigmatopoeus dictus, an. 1561 in Seniorem nationis electus.

6. *Jun.* Stephanus Ivantzy, Vng.

30. *Jun.* Jacobus Kolb, Eperiesiensis.

— — Magnus Chonradus, Eperiesiens. An. 1556 in Diaconum Hodriczensem ordinatus, qualis etiam an. 1580 in Conuentu Ciuitatum aderat, teste Ribinio Mem. P. I. p. 528.

23. *Aug.* Paulus Kröner, Zebusiensis.

— — Antonius Plattner, Zebusiensis, cujus vitam enarratam vide apud Rib. Memor. P. I. p. 240. 284. 289. inprimis vero in Kleinii Biogr. P. I. p. 312 seq. Dum Rector esset

Digitized by Google

Leutsoviae, simul Syndicum Civitatis egit, teste Walaszkio in Hist. lit. p. 177.

Rectore Ill. Comite Stanislao in Gorca.

Anno 1555.

21. *Febr.* David Schultes, Carponensis.

5. *Mart.* Martinus Rakotius, Thurocz.

4. *Apr.* Gregorius Graengang, Hung.

13. *Apr.* Matthias Chabay, Vng. Lascovio Tsabay, in locum Balsaratii discedentis, an. 1556 in Seniorem nationis electus.

— — Paulus Thuri, Vng. Vir hic bis Vitebergam salutauit, prius quidem studiorum causa, qua occasione in Seniorem popularium electus fuit, posteriori vice an. 1563 dum feruentibus in Hungaria controversiis sacramentariis, in quibus praecipuas partes habuit, a Gabriele Perényi, cum socio Bernhardo Scholtio Tolcsvensi Pastore, ad Magistros, illorum sententiam perquisiturus missus fuisset. Erat autem Thurius eotum Praeco Sajó-Szent-Péteriensis. Antea pluribus locis Scholas erexerat; e. g. in Schola Thurinensi, teste Gymnas. Rezikiana, in qua eum Stephano Szegedino successisse scribitur. — Synodis vigentibus controuersiis illis celebratis, utpote Varadiensi 1569, Tarczaliensi, Gönczensi, etc. interfuit. Gönczenses Patres dum an. 1576 ad fratres Trans-Tibiscanos scriberent, Thurium excusant, eumque relicta statione, aliorsum commigrasse testantur. Vitam ejus plenius descripserunt Lampe lib. cit. Schmal in Advers. C. I. Sect. III. p. 100. Ribin. Memor. P. I. p. 166. 203. Klein P. I. p. 344. qui etiam controversias eidem in Synodo Tarczalensi, an. 1563 celebrata, cum Thoma Fabry intervenientes enarrat.

Digitized by Google

Rectore Christophoro Comite in Barbi.

31. *Maj.* Simon Jessenius, Thurotz. Honoribus in Philosophia consecutis rediit, atque Scholae oppidanae Martinopolitanae Rector 1557 constitutus est. Patrem dixerim Joh. Jessenii, de quo inferius.

— — Lucas Fabinus, Popradiensis. Celebris post reditum Scholae Kesmarkiensis, ac postea Eperiesiensis, Rector, postremo urbis ejusdem Senator, de quo videatur ven. Genersich in Memorab. Civit. Kesmarkiensis P. II. p. 145. Rediit vero Viteberga 1566, 27 Julii. Reperio etiam, eum Rectorem fuisse in Styria, haud dubie Graeczii, et quidem, uti credo, antequam Kesmarkini eandem provinciam rexisset.

— Clemens Fabinus, Poprad. Prioris haud dubie frater, itidem post reditum Scholae Eperiesiensis Rector.

5. *Jun.* Valentinus Crispus, Colosvariensis Vng. Postea Pastor Eccl. Tordensis in Transylvania, teste Lampio p. 107.

— Blasius Raczkevinus, fortassis is, quem Lampe p. 628 Blasium Radam nominat.

13. *Jun.* Casparus Horváth, Hung.

14. *Jun.* Michael Virth, Semproniensis.

17. *Jun.* Casparus Bezeekius, Veterozoliensis, haud dubie ex nobili gente Bezekiorum.

24. *Jun.* Fratres nationis Vng. Vitebergae, pietatis et honestorum studiorum causa congregati deliberauere inter se de Coetu constituendo, Seniore deligendo et legibus (sine quibus nulla societas diu consistere potest) constituendis. Ac primo quidem Georgium Kakas Gallipaganum, spectatae fidei et eruditionis Virum, quique multos jam annos in Academia Vitebergensi vixerat, com-

Digitized by Google

muni suffragio Seniorem elegerunt, et leges in Matricula Coetus descriptas, de obedientia Praeceptoribus debita, de modestia in conversatione communi observanda, de exercitio concionandi et disputandi, de Seniore per successionem deligendo, et aliis ad Coetum legitimum conservandum necessariis, communi consensu tulerunt. Quibus legibus conscribendis interfuerunt: Georgius Kakas, Senior primus; Simon Osdotanus, Joh. Vitus Balsaratus, Matth. Csabay, Gregor. Monár, Paulus Thuri, Franc. Czegledy, Stephanus Basilii Claudiopolitanus, qui tandem reversus in Patriam, et religionem veram abjurauit, atque in castra Arianorum, perpetua cum nominis atque animae jactura, transfugit; Valent. Crispus, Georg. Mod, Basilius Smigmatopoeus Debreczinus, Georg. Tordensis, Basilius Ráczkövi, Caspar Horváth. Eodem anno, redeunte in Patriam Georgio Kakas, primo nationis Hung. Seniore, Vitus Balsaratus secundus in Coetu Senior, communi suffragio eligitur.

Haec Lascovius ad annum hunc 1555 notauit. Cum ex his Catalogis, praeter nunc nominatos, multos alios ciues Pannonios Vitebergae adfuisse pateat; ii autem, quorum nomina Lascovius isthic refert, lingva Hungari fuerint, in societatem hanc, Hungaros lingua et natione Slavos ac Teutones, admissos non esse, conjecerim.

30 *Sept.* Thomas Abdrucker, Novisol. Est haud dubie is, qui se postea, Thomam Fabry nominavit, atque imprimis Scholae Bartphensi, an. 1560 mortuo Leonhardo Stöckel suffectus, cum celebritate praefuit. Vitam ejus, et cum Paulo Thurio in re Sacramentaria pugnas enarravit Klein in Biogr. P. I. p. 291. Transiit postea Schemnitzium, Scholamque ibidem rexit. Oportet tamen iterum Bartpham redierit, si ea, quae Klein loco

Digitized by Google

cit. de eodem, in Senatum Bartphensem cooptato, et ibidem an. 1592. 8. Jan. mortuo, scribit, vera sunt.

— — Paulus Verner, Eperiesiens. — — Stephanus Koltsár. — — Georgius Mod. — — Andreas Modó. — — Georgius Fabry, Tordensis. — — Paulus Seraphin. — — Andreas Marci. — — Francis. Medensis.	horum memoriam Lascovius conservavit.

Rectore Joachimo a Bart, I. V. D. et Consiliario.

18. *Oct.* Balthasarus Miklen, Veterosol.

20. *Oct.* Andreas Sij.

— — Bartholomaeus Szagossi. Iste haud dubie is est, cujus qua Pastoris Veresmarthiensis mentionem facit Lampe lib. cit. p. 664.

Anno 1556.

16 *Febr.* Michael Litteratus, Hevessiensis Pannonius.

11. *Mart.* Casparus Sylvius, Pannonius.

— — Stephanus Lasskay. Hunc Lascovius Steph. Crucigerum Lascovium adpellat, qui Pater haud dubie alterius Stephani erat, cujus Lampe lib. cit. p. 669. qua Pastoris Tolnensis meminit.

— — Casparus Carolus, Pannonius. Vulgo etiam Károlyi et Károlyius dictus est.

Digitized by Google

Post reditum erat Pastor Gönczensis, et Ecclesiarum ad Cassoviam Senior. Ejus opera Synodus Gönczensis an. 1566 congregata est, in qua Confessio Genevensis, rejecta Augustana, acceptata fuit. Fata et acta ejus narrant Lampe lib. cit. p. 328, 583. Ribini in Memor. P. I. p. 202. seq. Qua consummator Bibliorum Hung. laudatur ab eodem Lampio p. 729. Nonnulla etiam de eodem Jöcherus in Lexico Eruditorum habet.

9. Apr. Volfgangus Schumann, Pan.

Rectore Jacobo Milichio, Med. Doct.

15. *Maj.* Gregorius Hankofsky, Bartph. Hunc post reditum in urbe patria vixisse, munerique alicui praefuisse, inde conjecerim, quod ad an. 1580, ut inferius monebimus, Daniel Hankowszky occurrat, qui itidem Bartphensis, haud dubie filius hujus erat.

6. *Jun.* Gregorius Chykoy, Vng. quem Lascovius Tsikay scripsit.

8. *Jul.* Gregorius Szegedinus, qui post reditum, perhibente Lampio, lib. cit. p. 658. Pastor Saarvariensis, et Superintendens Trans-Danubium fuit.

— — Emericus Regiovillanus.

— — Andreas Caroleus. Est fortassis is, quem Lascovius Andream Colinum scripsit. Fuit etiam alter hac aetate vir Andreas Caroli dictus, factus postea Socinianus Minister, de quo agit Horányi in Mem. Hung. et Provinc. P. I. p. 631.

25. *Jul.* Joh. Hatvanius.

— — Vrbanus Koppanius. Crediderim illum esse, quem alii Richardum Khauffay vel Kauffman scribunt. Vid. Genersich in Memor. Civit. Kesmark. P. II. p. 144. id quod etiam inde verosimile redditur, quod hic fuerit Brizenensis

Digitized by Google

nensis haud dubie ex familia Kupcsekiorum, quae hucdum ibi viget. Inde haec cognominis in diversis dialectis varietas.

30 *Sept.* Georgius Burkircher, Posoniens.

14. *Oct.* Franciscus Ferinus, Vng.

Rectore Michaele Fasolt, a Schlesdorf.

25. *Oct.* Casparus Sylvius, Vng. quem Lascovius juniorem adpellat.

— — Petrus Melius, Vng. Memorabilis hujus viri omnes ii mentionem faciunt, qui in enarrandis Evangelicorum Hung. Sacramentariis controversiis occupantur. Novissime vitam ejus exposuit Ven. Klein in Biogr. P. II. p. 109. quo Lectorem, ne saepius scripta repetamus, remittimus. Erat Melius an. eodem, quo Vitebergam adiit, in Seniorem Nationis electus; at teste Lascovio, mox in Patriam revocatus. Scripta ejus enarrat etiam Horányi Mem. Hung. P. II. p. 602.

— — Andreas Czegledy.

— — Petrus Dombrinus, quem Lascovius Petr. Vragovits Dombrinum dixit.

— — Francis. Krasznanus, teste Lascovio postea Arianis adhaesit.

— — Hiob Mayr. Natus Eperiesini 1530, teste Klein in Biographiis P. I. p. 351, ex quo haec supplemus. Studuit Vitebergae triennium, atque an. 1565 Sacris ordinibus Arnstadii initiatus, Pastor Paczmandorfensis in Austria factus est.

Anno 1557.

28. *Apr.* Matthias Eberhart, Igloviens. de quo vid. Klein P. II. p. 137. 144, et Ribini Mem. P. I. p. 262. 520.

22. *Febr.* Christoph. Jain, Cassoviensis.

Digitized by Google

Rectore Davide Ungnad, Barone Styrio.

11. *Jun.* Franc. Massakius, Eperiesiens. Scripsit Elegias de vita trium Clarissimorum Virorum, editas Viteb. 1558. in 4.

2. *Aug.* Stephanus Ezechius, Vng. quem Lascovius Eszekium vocat. Erat filius Emerici Eszeki, Pastoris et Reformatoris oppidi Tolna. Vix venit Vitebergam, Senior nationis factus est. Rediit an. 1558; an. 1560 jam in oppido patrio Pastor cum Collega Marco.

2. *Aug.* Nicolaus Veresmarthy, Vng. Lampius Eliam adpellat, et Successorem Mich. Sztarini in officio Parochi Lascoviensis et Superintendentis Baroviensis fuisse testatur.

Rectore Matthaeo Plähinger, Art. Mag.

1. *Dec.* Matthaeus Sarmasagius, Vng.

Anno 1558.

21. *Jan.* Alexander Kendy, quem Lascovius Magnif. Praesidem Regni Transylvaniae sapientissimum, et Patronum suum benignissimum an. 1585 scribens compellat. Erat vero is haud dubie Francisci aut Antonii, quorum uterque an. 1559 Patricidio sublatus est, filius.

23. *Febr.* Andreas Slamosfalvi vel potius Szlamosfalvi, Vng. cujus aduentum erronee Lascovius ad annum 1564 posuit, nisi forte bis Vitebergam adiisse dicendus est.

3. *Mar.* Martinus Barth, Leutsoviens.

22. *Mar.* Israël Zeisz, Carponensis.

22. *Mar.* Andreas Goetzelius, Carponensis. Crediderim eum esse, qui an. 1560 in Patriam revocatus, atque sub finem anni ejusdem Ministerio Vitebergae initiatus est. Vid Catal. Ord. Viteb.

Rectore Comite Adolpho in Nassau.

9. *Maj.* Joh. Heilmann, Strigoniens.

Digitized by Google

15. *Jun.* Jacobus Bosseney, Vng. Lascovius hunc Besseninum adpellat, atque ad an. 1557 retulit.

17. *Jun.* Laurentius Thegius, Leutsov. Rectius Tökius.

3. *Jul.* Stephanus Pankotay, Vng. Lampe lib. cit. p. 248 Franciscum dixit, qui an. 1569 in Synodo Varadiensi, qua Pastor Eccl. Kenderessiensis, adfuerit.

7. *Jul.* Benedictus Illosvay. Dignitate Magistri ornatus rediit 1560, ordinatus a Ministris quinque Lib. Reg. Civitatum in Pastorem Talyensem, teste Kleinio in Biogr. P. 11. p. 460; qua talis subscripsit Conf. Cassoviensi an. 1568, referente Lampio lib. cit. p. 214 Fuit vero postea Pastor Albae Juliae in Transylvania.

19. *Jul.* Casparus Radeck, Strigoniens.

15. *Oct.* Stephanus Tihani. Scripsit Plausum in Conf. Agriensem an. 1562 editam. Vid. Ribini Memor. P. 1. p. 158.

39. *Nov.* Stanislaus Fabri, Zepusiensis.

Rectore Henrico Comite a Staremberg.

28. *Nov.* Valentinus Schmid, Novisoliens.

19. *Dec.* Lucas Szantovianus. Dum in Ministrum an. 1566 Viteb. ordinaretur, sequentibus vitam suam complexus est. „ M. Lucas Szantaj Pannonius, missus Vitebergam a Clement. Domino Joh. Allagyi Dno in Regetz, idque an. 1558. Inde in Patriam reversus, officio Ludi-Moderatoris in Oppido Ujhely per annum functus est. Hinc in Patriam Szántoviam ad munus idem vocatus, per sex menses eidem praefuit. Deinde ex voluntate praedicti Patroni an. 1561 rursus Vitebergam missus est, ubi Studiis absolutis, an. 1564 Magisterii gradu ornatus est. Tandem vocatus a Dno Patrono 1566 ad munus Ecclesiasticum, per Domi-

Digitized by Google

num Eberum 1566, die 13. Febr. ad Regetz scilicet, rite est ordinatus."

— Stephanus Mustricius, Neosol. Ordinatus Bartpham hoc anno rediit.

— Lucas Mezö-Szikszovinus.

— Basilius Szikszovius. Viri hujus nomen plenius Blasius Fabriczius Szikszovinus sonat. Exitum ejus Lascovius ad an. 1557, Horányi ad an. 1558 retulit. An. 1559 popularium Seniorem fuisse, idem Lascovius memoriae prodidit. Vitam ejus descripsit Kleinius in Biogr. P. II. p. 401; labores luci publicae expositos recensuit Horányi in Mem. P. 1. 658. Basilium hunc Comiti Andreae Magochy, qui anno. 1560 Academiam adiit, nomine Ephori praefuisse, cum eodemque an. 1561 rediisse, apud Ribin. lib. cit. P. II. p. 415. legi potest.

Anno 1559.

2. *Jan.* Demetrius Rimaszechinus, Vng.

— Andreas Tordensis, factus hoc eodem anno nationis suae Senior, paulo post rediit in patriam.

— Georgius Gönczius, Vng. Lascovius hunc Georgium Fabriczium Gönczium adpellat, ita etiam Horányi P. II. p. 33., ubi scripta ejus recenset. Hic Vitebergam bis adiit, nimirum hac, et altera vice 1565, qua occasione in Seniorem electus est. Rediens in Patriam 1571, Senior Ecclesiarum et Superintendens constituitur. Confessionem, quae articulorum minorum nomine venire solet, eundem conscripsisse, testatur Lampe p. 367, et 627, quam primum Vitebergae an. 1577 in lucem emiserat, dein vero simul cum majoribus articulis an. 1591 Debreczini, ac porro Varadini, recudi curavit. Schmalius in Advers. in

Digitized by Google

Hist. Eccl. nonnulla historica ei tribuit, quae praefaticni Novo Test. hung. a Thoma Félegyházy, an. 1586 edito praemissae inseruerit.

15. *Jan.* Georg. Polner, Leutsoviens.

30. *Jan.* Matthias Ujhelinus, Vng.

— Albertus Agriensis, Vng.

12. *Apr.* Demetrius Sybolthius, Vng. Hic dum Ordinibus sacris initiaretur, sequentibus fata sua complexus est.„ Demetrius Sybolthinus Pannonius prima litterarum fundamenta didicit Thulnae, dein Temesvarinum delatus, Praeceptore Stephano Szegedino est usus, hinc vero Massojens. proli praefectus, vocationi annuit. Tandem suasu amicorum an. 1559 Vitebergam se contulit, D. Philippum Melanchthonem veneratus, integro anno et ultra. Anno vero 1562 in Hungariam reversus, primum Gyulae Ludi Rectorem, dein Csepregini in bonis Magnifici D. Nádasdy, egit; hinc vero Zempczinum ex voluntate Ill. Comitis Julii a Salmis et Neuburg, novissime vero a Tyrnauiensibus evocatus est, ordinatus Vitebergae a Rndo D. M. Oberdorfer 11. Julii 1576. Daniel Haynoczy in Epistola gratulatoria ad Joh. Tóth-Sipkovics missa, eum Superintendentem nominat. Eadem narrat de eodem Klein in Biogr. P. II. p. 493. seqq. adducto eo, Tyrnavia eum transiisse Jaurinum, atque an. 1584 Superintendentem, in locum Petri Bornemisza, factum. Idem ibidem scripta ejus recenset. Nos illud adhuc monendum habemus, eum an. 1561 Seniorem popularium Vitebergae fuisse.

— Emericus Husztius, Vng.

30. *Apr.* Franc. Strigoniensis, Vng. quem gratis inscriptum Catalogi testantur. Lampius autem lib. cit. p. 248. inter eos, qui actis Synodi Varadiensis an. 1568 celebratae subscripsere, collocat, etsi locum mansionis non expresserit.

Digitized by Google

Rectore Christophoro Barone a Donau.

11. *Maj.* Carolus Rosenkrantz, Semproniensis.

27. *Maj.* Simon Nagy, Zernanho Vng. quem Lascovius Simonem Tsarnahoj adpellat.

— — Georgius Copaci, Vng.

30. *Maj.* Joh. Greslingus, Carponensis.

2. *Jul.* Balthasarus) Frieszel, fratres

— — Johannes) Cremniczenses.

11. *Jul.* Matthias Olscherus, Carponensis.

13. *Sept.* Petrus Besznenius, Vng.,

15. *Oct.* Georg. Albani de Cyrkey, Nob. Vng.

— — Joh. Oschkay, Nob. Vng.

Rectore Georgio Krakovio, I. V. D.

16. *Dec.* Petrus Debreczinus, Vng. Equidem Petrum hunc eum esse putarim, quem Lampe lib. cit. p. 293 Dobrainum (pro Debreczino) scripsit, atque articulis Superintendentiae Baroviensis an. 1576 conditis, subscripsisse testatus est.

— — Martinus Borzoviczky, quem Lascovius Cancellarium Regni Poloniae nominat.

Anno 1560

8. *Febr.* Joh. Szunyogh, Vng. nob. cujus insignia militaria facinora Thuanus lib. 36. ad an. 1565 commemorat, qui proinde toga et sago inclaruit. Patrem Moisis et Avum Caspari dixerim, cujus inferius ad an. 1614 fiet mentio. De familia hac vid. Klein Biogr. P. II. p. 508.

— — Demetrius Budaj, Vng. Fortassis Balthasari, cujus supra mentio facta, filius.

13. *Febr.* Joh. Pesti, Vng.

Digitized by Google

— — Andreas Magochy, Vng. Virum hunc nobilissimum adpellat Lascovius, patronum et Fautorem studiorum, studiosorumque promotorem benignissimum. Erat autem Andreas, haud dubie Caspari, complurium Jurisdictionum supremi Comitis, filius. Habuit, quoad Vitebergae studuit, nomine Ephori sibi praepositum Basilium Fabriczium Szikszovium, cum eodemque an. 1561 rediit. Vid. Mem. Ribinii P. II. p. 415.

21. *Febr.* Joh. Daru, Vng. Lascovio Joh. Daniel Pataky.

— — Laurentius Litzkay, Vng. juxta Lampium lib. cit. p. 671 Baroviae circa an. 1608 Superintendens.

Rectore Casparo Pencer, Med. Doct.

15. *Maj.* Benedictus Szigethi, Pan. Lascovio Insulanus.

28. *Maj.* Sebastianus Pectinatoris, Schemnitz.

— — Petrus Illosvanus, Vng. De eodem nonnulla Horányi in Mem. Hung. P. II. p. 222 habet.

— — Nicolaus Miskoczy.

— — Melchior Ablanszy, Lascovio Ablonczay.

— — Matthaeus Tordensis, Pan. Demetrii Tordás Superintendentis filium, Adami autem ad an. 1566 notati fratrem, esse crediderim.

12. *Jul.* Nicolaus Agrianus.

— Thomas Bellarinus. Vir hic haud dubie is est, cujus qua Rectoris in Schola Kalmancsensi meminit Rezikius in Gymnasiologia sua. Hunc ille Thomam Bellenium nominat, et ejus etiam qua Docentis scholae Deesiensis a Petro Lascovio, in libro de Homine etc. mentionem fieri, affirmat.

— — Franciscus Szakmáry, soli Lascovio notatus.

Digitized by Google

— — Lucas Tolnensis, de quo Lascovius haec: qui in Patriam reversus, atque in mea Patria Pastoris officium non sine laude sustinens, parentem Arium imitatus, quod in publica Synodo Superintendens non fuerit declaratus, in castris Arianorum, diuturna cum nominis ignominia versatus, tandem resipuit.

— — Andreas Dobay)
— — Joh. Clypeatoris) soli Lascovio
— — Stephanus Marcus) notati.
— — Siculus Czikiensis)

Rectore Petro Vincentio, Art. et Phil. Magistro.

Anno 1561.

16. Jan. Lucas Nyiri, Miskoltzinus Vng.

10. *Apr* Johannes Stöckelius, Bartph. Erat filius Leonhardi, post reditum prius Cibinii apud Sarosienses Scholae Rector, postea Belae Scepusiorum Pastor. Edidit Postilla patris sui. Vid. Klein in Biogr. P. I. p. 191. et. II. p. 164.

Rectore Georgio Major, Theol. Prof.

19. *Maj.* Matthias Almássy, Nob. Vng.

— — Gregorius Warniay, Nob. Vng.

30. *Maj.* Johannes Greifenczweig, Eperiesiensis. Erat post reditum Docens ad Scholam Kesmarcensem, postea Markusfalvae, et Vagendrüslini, Minister. Vid. Genersich. Mem. Civit. Kesmark P. II. p. 156 seq. In Catalogo Rectorum Leutsoviensium, qui in Lexico Geograph. Hung. p. 371. occurrit, ponitur ad an. 1578 inter Rectores Scholae Leutsoviensis.

17. *Jun.* Florian Daniel, Strigon.

5. *Jul.* Emericus Tarczali, Vng.

— — Martinus Budai, qui Lascovio Bartholomaeus Audinus Budai audit.

— — Benedictus Ketskeméti.

Digitized by Google

— — Demetrius Szikszay. Hunc Lascovius praeterea Demetrium Fabriczium Szikszay adpellat, atque de eodem an. 1563 popularium Seniore, ita scribit: qui, inquit, de Cerimoniis humana auctoritate in Ecclesia institutis, Respondentis officium suscipiens, leges et statuta nationis Vngaricae in coetu proposuit, atque communi omnium fratrum consensu stabilivit.

— — Stephanus Gönczi. Hic post reditum praecipuus ex iis fuit, qui Augustanae Confessioni Helveticam substituerunt. Est etiam auctor libri, M. Alb. Gravero oppositi, sub titulo: Panormia, seu vniversalis consensus Jesu Christi, veri Dei et hominis, et Joh. Calvini. Vitebergae existens scripsit dissertationem: de usu Philosophiae in Theologia, quam fratri suo Nicolao Superintendenti dedicauit.

14. *Jul.* Ambrosius Kyllenius, Vng.

27. *Jul.* Erasmus Sebaldi, Vng. Cremnicz., qui Ministerio initiatus, sequentibus de se scripsit: Ego Erasmus Sebaldi Cremniczienſis Pannonius versatus per triennium in cel. Schola Bartphensi, sub doctissimo viro, eruditione et pietate praestanti, Leonhardo Stoeckelio, postea veniens Vitebergam, in qua per biennium fere studiis operam dedi, vocationem accepi ab I. Senatu Cremniczensi ad munus docendi an. 1563 in die Ascensionis Domini. Idem Sebaldus postea Pastor Pukaniensis fuit, ac ita subscripsit Conf. Cremniczensi an. 1580.

— — Martinus Daduck, Novisoliensis. Vir iste alias Schwenglerus cognominabatur. Factus est an. 1572 Scholae Schemniciensis Rector, teste Gymnasiologia Rezikiana, in qua etiam Dodock adpellatur. Anno 1580 erat Rector Cremniczensis, teste eadem Gymnasiologia.

Digitized by Google

— — Gregorius Igasság, Eperiesiensis.

Rectore Joh. Schweidewein, I. V. D.

2. *Nov.* Matthias Husztius, Vng.

Anno 1562.

12. *Jan.* Emericus Udvarethy, Vng. Lascovio Udvarhelyi Szilagyinus.

— — Valentinus Hellopoeus Szikszay. Dum Vitebergae moraretur an. 1566 in Seniorem nationis a popularibus electus fuit. Domum redux Agriae pastor datus est, ac simul Seniorem Tractus seu Dioeceseos superioris egit, teste Lampio lib. cit. p. 577. Transiit postea Debreczinum. Idem Lampius eundem magnum in Hungaria seculi sui decus adpellat, atque eruditum de tota re sacramentaria edidisse Tractatum, an. 1585 Genevae excusum; item Catechesim in usum Eccl. Agriensis et vicinarum concinnasse, an. 1587 Debreczini editam, testatur, lib. cit. p. 128. 702.

Rectore Johanne Hermann, Med. Doct.

2 *Maj.* Christoph. Malczerus, Eperiesiensis.

— — Jacobus Kellner, Sempronienses.

— — Joh. Rosenkrantz, Sempronienses.

20. *Maj.* Andreas Munkás, Olarinus.

— — Joh. Agricola, Ketskemetiensis. Poeta Laureatus, quem an. 1583 Tolnae Rectorem Scholae factum, atque alias Joh. Agricolam Pastoris vocatum, Lampius lib. cit. p. 669 perhibet.

8. *Jul.* Demetrius Miskoczy, Vng.

Digitized by Google

— — Gregorius Szikszay. Factus post reditum Pastor Arcensis in Szathmár, teste Lampio lib. cit. p. 617. Subscripsit Conf. Cassoviensi an. 1568. Lamp lib. cit. p. 214.

— — Laurentius Szegedy. Postea Pastor Békessiensis et Tractus vicini circa an. 1569 Senior. Lamp. lib. cit. p. 641.

13. *Oct.* Gregorius Dopscher, Leutsoviensis.

Rectore Erasmo Rudingero, Physicae Prof.

9. *Nov.* Georgius Sasuari.

— — Benedictus Batizi.

— — Joh. Zobranczy.

— — Emericus Szulyok.

— — Basilius Smigmatopoeus.) horum Lascovius meminit.

— — Paulus Szabó, Varadiensis.)

Anno 1563.

19. *Febr.* Martinus Schochot, Thuroczius, Vng.

Rectore Paulo Crellio, Theol. Doct.

25. Leopoldus Reichenthaler, Posoniensis.

14. *Jun.* Stephanus Theleky, Vng.

17. *Jul.* Michael Ezechius, Vng. Hicce alias Eszeky dictus, filius erat Emerici, frater Stephani, atque hujus etiam in Pastoratu Talyensi successor. Lampe libr. cit. p. 688. Idem Vitebergae popularibus Senior 1563 praefuit.

— — Stephanus Monostorius.

9. *Aug.* Petrus Baney, Vng. qui anno sequenti isthic in V. D. M. ordinatus est.

30. *Aug.* Petrus Carolinus, Vng. postea Scholae Varadinae, item Claudiopolitanae, Re-

Digitized by Google

ctor. Scripsit Institutionem de syllabarum et carminum ratione, Claudiopoli an. 1567 excusam. Qua Pastor Varadiensis an. 1569 Synodo isthic celebratae subscripsit. Erat quoque Senior Bihariensis, teste Lampio lib. cit. p. 248. et 636.

— — Petrus Czingarinus, Vng.

3. *Oct.* Joh. Springer, Nouocomiensis Vng.

4. *Oct.* Michael Scholtes.) Scepusienses
— — Ambrosius Hecht.) gratis.

Rectore Ludovico Ernesto, Duce Pomeraniae.

9. *Nov.* Philippus Labosch, Muraniensis Vng. Hicce Sacris ordinibus Vitebergae initiatus sequentia adposuit: Philippus Labosius Muraniensis Pannonius versatus est in Ludis trivialibus, Eperiesini, Leutsoviae et alibi. Eperiesini per octennium sub disciplina doctissimi Viri M. Francisci Waltheri Vratislaviensis. In cel. Academia Vitebergensi per annum unum et semestre. Vocatus est a fratre Reu. D. Briccio ad munus Ecclesiasticum in Oppido Sáros, ordinatus a Reverendissimo D. Paulo Ebero d. 29 Apr. 1565.

— — Casparus Crőmer, Leutsoviensis. Dein Scholae Patriae ab an. 1571 Rector, pater alterius Caspari, itidem postea Rectoris, Pauli item, cujus ad an. 1602 fiet mentio.

Anno 1564.

18. *Jan.* Nicolaus Caroli, qua Pastor ad Cassoviam an. 1568 subscripsit Conf. Cassoviensi, teste Lamp. p. 214.

— — Joh. Schannak.

— — Thomas Debreczinus.

12. *Apr.* Elias Schall.) Schemnitzien-
— — Andreas Saltzer) ses.

29. *Apr.* Matthias Mollerus, Cremnitz. Vng.

Digitized by Google

— — Emericus Loricius, Vng. gratis.

Rectore Principe Barnimo Pomeraniae, prioris fratre.

12. *Aug.* Augustinus Ecerius, Crem.
2. *Sept.* Urbanus Daróczy, Vng.
— — Jacobus Turius. Hunc filium dixerim ejus Jacobi Turii, qui anno 1545 Articulis Synodi Erdödianae, teste Lampio lib. cit p. 93. subscripsit. Fratrem habuit Jacobus iste Turius Andream, at ex alia matre natum, de quo inferius ad an. 1578.
— — Joh. Miskoltzy, quem Lascovius Joh. Tsulyuk Miskoltzy adpellat.
— — Valentinus Sajó, Szent Pétery.

Rectore Generoso Joh. Georgio, Domino in Müntzenburg.

26. *Oct.* Albertus Szegedy.
— — Andreas Agriensis.
— — Michael Mohinus, quem Lascovius ad an. 1565 collocat.
— — Nicolaus Galacei. Hunc eum esse dixerim, qui alias Colacinates dictus fuit, atque magnus sui temporis paedagogus erat, ac diversos Ludos, in his Banovicensem, Solnensem, atque Moschoviensem, rexit. Erat is Solnae circa annum 1570, Moschoviae circa an. 1583, ac anno 1584 videtur mortuus. Videatur Index Ord. Viteb. nam in eodem crebra fit ejus a discipulis mentio.

Annno 1565.

6. *Febr.* Valentinus Baltha, Misenus, rectius Heyschensis Vng. Revocatus est a Pastore oppidi Talya, Benedicto Illosvano, ordinatusque Vitebergae in V. D. M. Patriae an. 1566. d. 13. Febr.

Digitized by Google

— — Laurentius Marcus, Czegledinus Vng.

9. *Apr.* Caspar Fabriczius, Deberhegy Vng.

Rectore Sigismundo Ludov. Barone Austriae in Polheim et Wartemburg.

31. *Maj.* Joh. Trumplerus, Cibiniensis.

— — Franciscus Vedani, Vng. juxta Lascovium Franc. Alexander Vedanus, idemque juxta Kleinium in Biograph. P. II. p. 458. post reditum hungaricus Cassoviae Pastor.

25. *Jun.* Timotheus Kresling, Schemnitziensis.

1. *Sept.* Thomas Szenney, Vng. Hunc Lascovius Thomam de Kis-Szenye adpellat et nobilem fuisse testatur.

— — Balthasar Szentmihalinus, Vng.

25. *Sept.* Martinus Dietrich a Blasenstein, nob. Vng.

Rectore Michaele Taubero, I. V. D.

13. *Dec.* Georgius Saderckin.

— — Sigismundus Endridy. Hic actis Synodi Varadiensis an. 1569 teste Lampio p. 249. subscripsit.

— — Joh. Beliskius, Eperiesiensis. Studuit primum in patria, sub Francisco Walthero Vratislaviensi, postea Vratislaviae per sesquiannum mansit, iterum sumptibus senatus Eperiesiensis Vitebergam petiit, unde in locum Michaelis Polonkay amoti, per eundem Senatum pro Pastore est revocatus. Ita ipse de se scribebat, dum an. 1566. 11. Aug. Vitebergae ordinibus initiaretur.

Digitized by Google

Anno 1566.

5. *Jan.* Joh. Felnémeti. Subscripsit Conf. Civium Pannonum an. 1568 editae. An. 1569. erat Nationis Senior.

— — Ambrosius Szikszay.

24. *Jan.* Bartholomaeus Thaley, Vng.

— — Antonius Thalaei. Priorem horum, qui haud dubie fratres erant, Lascovius Nagy Thalaium adpellat, Lampe autem eum Eccl. Variensis Pastorem et Tractus Bereghiensis Seniorem an. 1597 fuisse, lib. cit. p. 609. testatur.

6. *Mart.* Jacobus Melczerus, Eperiesiensis. Natus anno 1565. Studuit in patria et Kesmarkini. An. 1575 ordinibus Sacris Francofurti ad Oderam initiatus, praeconem Evangelii in Austria egit, teste Kleinio in Biograph. P. 1. p. 351.

Rectore Vito Oertel Winshemio, Med. Doct.

20. *Maj.* Michael Paxi, Hung.

— — Adamus Tordensis. Brevi post adventum factus Nationis Senior, rediit an. 1568.

— — Casparus Decsi, Vng. Erat an. 1575 Pastor Tolnensis, an. 1587 mortuus, ut habet Lampe p. 668. Caeterum alter etiam hujus nominis Vir, ab eodem Lampio p. 636, inter Pastores Varadienses et Seniores Biharienses inducitur. qui libellum quendam an. 1584 Varadini impressum, lib. cit. p. 652 nominatum, scripserit.

— — Joh. Heurotus, Agriensis.

— — Emericus Szanky, vterque Lascovio notati.

— — Stephanus Békesi, Vng.

16. *Jun.* Valentinus Eccius, Bartphensis. Post reditum celebris Scholae Bartphanae Docens.

Digitized by Google

— — Georgius Henisch, Bartphensis.

30. *Jul.* Matthias Thurius, Vng. cujus duplex Epistola ad Tigurinos Viteberga an. 1568 exarata, a Lampio lib. cit. p. 221 inducitur.

13. *Aug.* Elias Szeges, natus in Vngarica Prata in finibus Hungariae et Moraviae.

29 — Christophorus Esander, ex Zepusio. Est fortassis Christoph. Eccardus, postea circa an. 1580 Scholae Schemnicziensis Rector.

Rectore M. Eusebio Menio, Phil. Prof.

Anno 1567

3. *Mart.* Joh. Wetteschi, Vng. Anno 1569 popularium Senior, primus Confessioni a Civibus Pannonibus conditae subscripsit, teste Lamp. lib. cit. p. 262.

— — Franciscus Kopázi, Vng. eidem Conf. eodem tempore subscripsit. Erat haud dubie filius Stephani, de quo ad an. 1540. actum est.

Rectore Georgio Major, Theol. Doct.

22. *Maj.* Joh. Szikszay, Vng.

23. *Maj.* Georgius Torta, Eperiesiensis.

26. *Maj.* Nicolaus Monostori, Vng. Anno 1569 subscripsit Confessioni; An. 1570 factus popularium Senior, rediit in patriam, mox pastor in Dioecesi Baroviensi, interfuit Synodo Hertzegszölösiensi an. 1576 celebratae.

21. *Jun.* Laurentius Tornator, Carponensis.

26. *Sept.* Christoph Szigethy, subscripsit Conf. an. 1569.

Rectore Joh. Bosonio, I. V. D.

8. *Oct.* Michael Vngvári, Vng. qui an. 1571 articulis popularium subscribens Michael

Digitized by Google

chaelem Chachmarum Vngvarinum se nominauit. Rediit autem tum jam altera vice Vitebergam, atque isthic d. 25. Maji anni sequentis mortuus est.

11. *Oct.* Georgius Radaschinus, Bartph. Post reditum Collega Thomae Fabry in docenda Schola Bartphensi. Erat filius Michaelis.

— — David Stöckelius, Bartphensis. Erat filius Leonhardi, cujus ad annum 1530 meminimus. Klein Biogr. P. I. p. 190.

— — Georgius Serarius, cujus Lascovius ad hunc annum meminit.

Anno 1568.

Hoc anno Cives Pannonii Vitebergae Confessionem de Trinitate ediderunt, quam ab hinc omnes fide jurata confirmabant, seque professuros recipiebant. Vid. Ribini in Memor. P. I. p. 220. Lampius Confessionem hanc ad annum sequentem 1569 refert.

12. *Mart.* Nicolaus Germatinus, origine Sárosiensis, subscripsit Conf., postea factus Variensis Pastor, ac Tractus Bereghiensis Senior. Vid. Lamp. lib. cit. p. 262 et 609.

— — Balthasarus Thurius, cognomine Volfius. Subscripsit articulis 1571 latis. Lamp. lib. cit. p. 279.

— — Joh. Czegledinus, subscripsit Conf. an. 1569, postea Pastor Etsediensis et Senior.

Rectore Casparo Pencer, Med. Doct.

22. *Maj.* Thomas Patakinus, cognomimine Monos, inter eos, qui Conf. dictam ratihabuere, comparet.

— — Petrus Lippensis. Hunc Lascovius Petrum Lippai nominat, atque dein Sacra Evangelica deseruisse scribit, Vitebergae manens

Digitized by Google

Conf. popularium subscripsit. Equidem Patrem Georgii, qui dein Archiepiscopus Strigoniensis factus est., Johannis item Jesuitae, dixerim.

3. *Jun.* Paulus Miskoczy, Vng. cognomine Puha. Subscripsit Conf., sequenti vero anno, factus popularium Senior, rediit.

19. *Jul.* Jacobus Ztschurk, Lubloviensis in finibus Vng.

30. *Aug.* Barnabas Szinerváry, subscripsit Confessioni.

— — Joh. Beregszászy, quoque inter subscriptos comparet.

— — Thomas Mohy, cognomine Fabriczius. Subscripsit Conf. an. 1569, et Articulos 1571 qua Senior ratihabuit.

31. *Aug.* Jacobus Igasság, Eperiesiensis.

Rectore Johanne Bugenhagen, Theol. Doct.

20. *Oct.* Joh. Rudollf, Leutsov.

27. *Oct.* Joh. Debreczinus, quem Lascovius praeterea Bonifacium dixit, occurrit inter eos, qui an. 1571 Articulis et Legibus subscripserunt, apud Lamp. p. 279.

Anno 1569.

10. *Jan.* Antonius Szikszay.

— — Ladislaus Rosásy.

28. *Feb.* Franc. Tarczaly, Vng.

9. *Apr.* Samuel Wartfelder, Carponensis.

Rectore Bohuslao Joach. Barone a Lobkovitz et Hassenstein.

15. *Maj.* Georgius Bonchiacius, Tyrnauiensis Vng.

30. *Maj.* Thomas Barrabas.

Digitized by Google

— — Thomas Szegedy, postea Pastor Talyensis, et vicinarum Eccl. Senior, teste Lampio lib. cit. p. 583.

1. *Jul.* Georg Callaj, Vng.

31. *Jul.* Joh. Pesthy, Vng. quem Lascovius simul Anthemium nominat.

Rectore Joach. a Beusthovius, I. U. D.

25. *Oct.* Joh. Pesthius, subscripsit articulis 1571.

— — Emericus Debreczinus, cognomine Jász, subscripsit iisdem Articulis, teste Lampio p. 279.

7. *Nov.* Michael Varraninus, itidem lib. cit. inter subscriptos inducitur.

— — Matth. Thoraconimus, vulgo Kabát dictus, patria Briznensis, se gratuito inscriptum testatus. Post reditum prius Kesmarkini, postea Sáros-Patakini, altiores scientias tradidit, partibus Reformatorum addictior. Videantur de eodem Lampe p. 595. et Klein in Biogr. P. I. p. 1. P. II. p. 402, recentissime vero Genersich in Mem. Vrb. Kesmark. P. II. 156. seq.

4. *Dec.* Benedictus Cynadj, Vng.

— — Thomas Szikszay, soli Lascovio notatus.

Anno 1570.

12. *Apr.* Thomas Deessinus, cognomine Fabriczius, hoc eodem anno in Seniorem popularium electus.

22. *Apr.* Mart. Möller, Posoniensis, factus postea Pastor Görliczii in Lusatia, scripsit Postilla.

— — Tobias Lichtenberger, Poson.

Rectore Stephano Gans, Barone in Püdlitz.

7. *Maj.* Gregorius Szigethi, Vng. Hunc dixerim eum esse, qui alias Horváth, et

Digitized by Google

Stansith de Gradecz, dictus est, Marci, Szigethanae arcis defensione famosi, ac eapropter etiam Szigethy dicti, filium. Hunc enim Vitebergae non tantum studuisse, verum etiam gradum Magistri adeptum docuisse, Genersich in Memor. Vrb. Kesmark. P. II p. 137 testis est. Hic post reditum Gymnasium Neerense erexit, atque in isto, cum aliis et juxta alios docuit. Idem Gregorius hoc anno in Seniorem nationis, serie 23-tium, electus fuit.

8 *Jun.* Christoph. Hubner, Belensis. Dum in Diaconum Tóth-Lipcsensem an. 1573 revocaretur, ac IV. Adventus ejusdem anni ordinaretur, studuisse se Bartphae sub Leonhardo Stöckelio, ac hic absolutis Studiis, ad eosdem Lipcsenses pro Rectore evocatum, testatus est.

— — Matthias Berger, Belensis.

7. *Jul.* Joh. Debreczinus, Vng. quem Lascovius Joh. Jó Debreczinum adpellavit, inter eos, qui articulis 1571 subscripsere, comparet.

— — Petrus Beregszászius, Vng. Subscripsit Articulis 1571, an. vero 1572 in Seniorem electus est. Lascovius cum Petrum Laurentium Beregszászium adpellat. Fuit is post reditum Scholae Patakinae Rector, ac postremo Varadini V. D. M. Quae et qualia luci publicae exposuerit, refert Horányi in Memoria P. I. p. 278. item in Contin. Mem. P. I. p. 419. porro Klein in Biogr. P. II. p. 398. De ejus cum Thoraconimo, et hujus cum eo nexu, videatur nota Dan. Krmann in Genersich Memorab. Vrb. Kesmark P. II. p. 150. seq.

24. *Sept.* Thomas Caplyanus, Vng.

— — Johannes Telechius, Vng.

25. *Sept.* Joh. Jantsi, Liptse Zoliensis. Hic dum anno 1571 Vitebergae ordinibus sacris initiaretur, ita de se scripsit: Joh. Jantsi Liptsen-

Digitized by Google

sis Pan. cum prima litterarum fundamenta in patria posuisset, et post Cremniczii etiam studuisset, missus est a Parentibus Vratislaviam, anno, quo b. m. Philippus Melanchthon mortuus est, ubi per biennium sub disciplina M. Andreae Winckleri mansit, postea Martinopoli quadriennium. Hinc jussu Parentum ivit Bartpham, in qua sub magno illo viro Leonhardo Stöckelio et Thoma Fabry per quadriennium morabatur. Hinc, majora spirans, Vitebergensem salutauit Academiam, in qua vix anno expleto, a Senatu Bartphensi est evocatus et ordinatus a D. Videbrano 26. Aug. anno Domini Laetabit Vr IVstVs In DoMIno sperabit In eo. Ps. 64. — An Vir hic idem sit cum eo, cujus vitam Klein in Biogr. P. I. p. 131 seq. sub eodem nomine dedit, quemve Pastorem Igloviensem ac 24 Regalium Seniorem fuisse scribit; — item cum altero, qui an. 1580 Confessioni Montanarum Civitatum, qua Pastor teutonicus seu Carponae seu Cremniczii, suum calculum adjecit, affirmare non audeo. Bartphani illius et Scepusiensis Jantsii, et quidem qua Sacramentarii et imaginum expugnatoris, libellus Stephani Pepich, Pastoris condam Kokaviensis, apud Kishontanos, an. 1598 Bartphae in 8. sub titulo: „Vera, solida et perspicua, imaginum Christianarum defensio," editus, sequentibus sub finem in margine additis, meminit: Notate haec vos etiam Questuarii Scepusienses, Piltz, Lam, Jantsi, illi praesertim, quibus ego mea illa assertione, quam contra violatores epitaphiorum et expugnatores imaginum Bartphanae Ecclesiae aliquando scripsi, non satis praestiti.

25. *Sept.* Gallus Klaczko, Pan. Dum in Ministrum an. 1572 ordinaretur, fata sua ita complexus est. „Gallus Klaczko Hermanensis, studuit Vratislaviae sub Walthero, Eperiesini sub

Digitized by Google

Fabryo. Tandem vocatus est ad Scholam regendam oppidi Sáros, cui, dum per biennium praefuisset, consilio bonorum Virorum in hanc Academiam se contulit, in qua versatus per sesqui annum, ultimo medio anno morbo laborabat periculoso. Hoc tempore evoluto accepit Vocationem a Gen. Domino Paulo Marjássio ad Ecclesiam Marcivillanam in locum Christiani Coccaviani, Pastoris ejus loci. Hac accepta, ordinibus sacris a Doctore Videbrano Dominica XV. p. Trinit. 1572 initiatus, Patriam repetiit."

30. *Sept.* Georgius Sommer, Scepusius. Natus Kesmarkini, patre Joh. Vrbis Pastore, ibidem primum studuit. Deinde Bartphae sub Thoma Fabry studia continuavit, porro Igloviae et Vratislaviae, ac postremo Vitebergae, litteris litauit. Isthic manentem Senatus Vrbis patriae revocavit, et Provincia Diaconi delata, Vitebergae ordinandum curauit an. 1571. Postea Pastor fuit in Melther. Vid Genersich in Memor. Vrb. Kesm. P. II, p. 174.

3. *Oct.* Nicolaus Marci, Mossoviensis. Hic quoque Sacerdotio initiatus, primum, ut scribit, Bartphae studuit, postea Igloviam se contulit, ibique per triennium vixit. Hinc Vitebergam adiit, ubi vocationem accepit a Senatu Hradistensi ad munus scholasticum. Iterum Hunnobrodae Scholam rexit, ac postremo a Pastore et Senatu hujus loci in Diaconum electus, Vitebergae 17 Novembris 1574 ordines suscepit.

Rectore Alberto Lehenmeyer, Oratoriae Prof.

24. *Oct.* Georgius Draskovszky, Thurocziensis.

— — Valentinus Bogacs, Tolnensis, cujus Lascovius solus mentionem facit.

Digitized by Google

Anno 1571.

8. *Febr.* Clemens Sárvári.

— — Matthias Szikszay.

19. *Mart.* Matthias Charitanus, Vng. gratis.

23. *Apr.* Condiderunt Hungari Academiae Cives, certos Articulos, quibus vitam et conversationem suam, ut Lampe lib cit. p. 275 scribit, circumvallarunt, quibus omnes, tum ibidem morantes, numero tres et viginti, subscripserunt, et alii quoque advenientes ab hinc subscribere solebant.

29. *Apr.* Stephanus Christopejus, Debreczinus.

— — Andreas Udvardy.

— — Matthaeus Scharicaeus, Kevinus. In insula Danubii infra Budam an. 1576 jam Szegedini Doctoris successor, ut scriptum est in Articulis Synodi Hertzegszölösiensis. Laudes viri hujus legi possunt apud Rotaridem in Lineamentis eorumque Prolegomenis p. 35. not. bb. Labores vero ejus literarios recenset Horányi Rezik in Gymnas. eum primum scholae Pestiensis Rectorem fuisse testatur; quodsi verum est, talem ante exitum ad exteros esse oportuit. Quippe idem Rectoratum hunc ad an. 1563 ponit.

— — Michael Belicensis, Mediomuranus. Lascovius habet Megimuranus.

30. *Apr.* Martinus Wagnerus, Novisoliensis. Erat is primum Scholae Libethiensis Rector, postea teste Schmalio an. 1580 Bartphensium Pastor. Scripsit cum Thoma Fabry Ludirectore ejate, item Severino Scultety Rectore Eperiensi: Examen Thesium Pilczianarum, item Apologiam hujus Examinis, quorum utrumque Bartphae typis excusum est. Mortuus est an. 1590

Digitized by Google

26. Nov. Confessionis Quinque Civitatum praecipuus promotor fuit.

— — Sigismundus Nosticius, Pannonius ex Comitatu Trenchiniensi. Primum Teuto-Liptsae studuit, sub Simone Jessenio et Petro Barossio, postea Rosenbergae sub Andrea Jacobaejo. An. 1567 Vratislaviam petiit, an. 1571 Vitebergam migrauit, ubi breui tempore exacto rediit Rosenbergam, ut Scholae praeesset, et Notarium publicum ageret, ex qua statione exacto biennio in Ministrum ibidem est vocatus et ordinatus Vitebergae 11. Febr. 1578.

— — Franc. Vincklerus, Scepusiensis Georgio-Montanus, qui anno 1581 in Pastorem Trechfelskensem est ordinatus.

Rectore Casparo Crucigero, Theol. Doct.

17. *Maj.* Martinus Vallendörfer, Leutsov.

16. *Jun.* Thomas Wranka, Prividensis, Pan. Erat condam Rector Scholae Rasztoczensis. Viteberga revocatus est a Prividensibus popularibus, quare ordinibus se initiari curauit d. 10 Maji 1572. Mansit Prividiae usque an. 1580, postea autem oportet Neosolium transiuerit, prout in Indice Ord. Viteb. Joh. Schvenglerus testatus est, qui se Neosolium ab eodem Thoma Wranka, et Senatu evocatum scripsit, ad an. 1581, diem 16 Maji.

— — Andr. Schormannus, Coschensis Vng. Studuit in Patria, deinde Bartphae apud Fabryum, porro Vratislaviae ac Viteb. Revocatus ad officium Rectoris in oppido S. Crucis, per triennium ibidem, Teuto-Pronae autem per sexennium, laborauit. Isthic in Pastorem vocatus, an. 1581 d. 16. Maji Vitebergae suscepit ordines.

— — Josephus Schultz, Basiniensis Vng.

Digitized by Google

7. *Jul.* Joh. Fabry, Eperiesiensis.

8. *Jul.* Andreas Nauclerus, Tolnensis, Vng.

— — Paulus Cingerinus, Vng. Postea Pastor O-Budensis et Senioratus Albae-Regalensis Senior, teste Lamp. p. 652.

9. Aug. Valentinus Vngarus, Cassoviensis.

Rectore Michaele Slavata, Nob. Bohemo.

21. *Oct.* Gregorius Földesi, Vng.

Anno 1572.

12. *Jan.* Matthaeus Toronaeus, factus an. 1574 d. 8. Aug. nationis Senior.

— — Basilius Ormani.

— Joh. Baleschius, Aschalodianus Vng.

Rectore Sebastiano Theodorico, Phil. et Med. Doct.

7. *Sept.* Joh. Schreibenkes, Eperiesiensis.

24. *Oct.* Joh. Prasler, Leutsoviensis.

— — Joh. Körtvélessy.
— — Matthaeus Gemmeus.
— — Joh. Némethy
— Urbanus Milopoeus, Szankius.
} horum Lascovius meminit.

Anno 1573.

3. *Mart.* Melchior Thurius.

22. *Apr.* Gregorius Ammon, Cibiniensis.

— — Christoph. Ammon, Eperiesiensis.

Digitized by Google

Rectore Henrico Mollero, Theol. Doct.

7. *Jun.* Georg. Neunhuser, Sepusius.

13. *Jun.* Paulus Magnus; Sempronienses. Hic alias Paulum Majorem se scripsit, atque sequentia de se in Matrica Ord. Vitebergae adposuit: „Paulus Major Sempronius Pannonius, initia artium in Patria sub Franc. Hartmanno Mansfeldensi jecit; dein missus Vratislaviam, Praeceptore usus est Petro Vincentio mensibus fere 15. Tandem commendatione aliorum Halas Saxonum est delatus, illinc vero ad hanc Incl. Vniversitatem, unde revocatus in Patriam rediit, hicque sub ditione Altenburgica Hung. in V. D. Ministrum vocatus, Vitebergam denuo adiit, hicque 4 Apr. 1576 ordines suscepit."

15. *Jun.* Joh Dereschius.

— — Valentinus Tolnensis, Pastor Decziensis, quem Monedulatus Valentinum Fabriczium Tolnensem adpellat. Post reditum an. 1575 mense Novembri factus Tolnensis Scholae Rector, a peritia linguae Ebreae ipsis etiam Judaeis venerandus, an. 1581 autem Pastor, ac postea inferioris Barouiae Senior, teste Lampio lib. cit. p. 668.

— — Nicolaus Biharinus, quem Lascovius praeterea Tsitsa adpellat.

— — Laurentius Carantius, Lascovio Karatsi.

— — Georg. Caesar, Cassoviensis. Dum Vitebergae esset, an. 1575 in Seniorem popularium, tum serie 26, electus est. Redux Scholae Sáros-Patakiensi praefuit, quo tempore orationem in obitum Basilii Fabriczii Szikszoviani, an. 1577 Vitebergae typis excusam, dixit. Obiit an. 1586 qua Pastor Sáros - Patakiensis. Labores ejus literarios recensuit Horányi in Continuat. Memo-

Digitized by Google

riae P. I. p. 631. Videatur de eo etiam Klein in Biogr. P. II. p. 401. in nota.

Rectore Matthaeo Vesenbeccio, I. U. D.

Anno 1574.

27. *Jan.* Benjamin Grundelius, Zepusius.

5. Apr. Casparus) Pilsius, fratres Zepu-
— — Valentinus) sii. De Casparo Pilsio, vel, ut alii scribunt, Pilczio, sat superque omnes illi scripsere, qui controversias Sacramentarias in superiore Hungaria inter Protestantes altero XVI-to semisaeculo agitatas, adtigerunt. Loco omnium sit Kleinius in Biogr. P. I. p. 289 seq. et recentissime ven. Mich. Gotthardt Minister Igloviensis, qui Biographiam ejus praemisit libello, ab eodem, de depopulatione Turcica Dopschae peracta, conscripto, ex latina Kleischii editione in germanicum verso, editoque Cassoviae an. 1795 in 8. — Notandum vero est, frustra eum a Schmalio et Biographis in numerum Pastorum Dopschensium referri. Eum quidem Dopschae nunquam docuisse, sed partem in aula Joh. Ruberi, partim in oppido Saaros, partim denique Marcivillae in Scepusio, et ante exitum ad Exteros Sáros-Patakini mansisse, b. m. Vir Martinus Lautsek, Felső-Sajoensis et Szakolczensis, rerum Ecclesiasticarum, dum viveret, peritissimus, V. D. Minister, non tantum ostendit, verum id etiam testimoniis haud dubiis confirmavit, eum tempore depopulationis Turcicae Dopschae peractae, quo ibidem vixisse putatur, Pastorem Sárosiensem, causam in Synodo quinque liberarum Regiarumque Civitatum dixisse. Haec ad clarum ab eodem Viro deducta, possideo in Annotationibus ejus manuscriptis in Memorabilia Provinciae Csetnek, opera ven. Patris

Digitized by Google

mei edita, factis. Mortuus est Casparus noster an. 1605.

Rectore Hieronymo Schallero, Phil. et Med. Doct.

12. *Jun.* Albertus Callay.
— — Matth. Szegedhinus.
15. *Jun.* Philippus Queszhin, Varaliens. Pan.
— — Andreas Glatz, Bartphensis.
21. *Jun.* Paulus Minichin, Georgio-Montanus Scepusius. De eo, post reditum Rectore Scholae Kesmarkiensis, ac postea Pastore Georgio-Montano, scribit Ven Genersich in Memorab. Vrbis Kesmark. P. II. p 158, 159. Fuisse eum Rectorem etiam Georgio-Monti ex Catalogo in Biogr. Kleinii P. II. p. 73 obvio colligas.
12. *Aug.* Petrus Praga, Novisol. qui dum muneri Ministeriali Vitebergae initiaretur, sequentia de se scripsit: „Petrus Pragus Novisoliensis, prima artium initia jecit in Patria, tandem delatus Bartpham, Stöckelium et Fabrium praeceptores venerabatur. Hinc concessit Schembnitzium ad D. M. Schwenglerum, unde parentum et praeceptorum consilio Vitebergam petiit, hincque ad Ecclesiam Novisoliensem pro Diacono est vocatus, ordinibus sacris initiatus d. 21. Martii 1576. Hunc eundem, certe ejusdem nominis et aetatis virum, legimus fuisse Pastorem Szalczensem, inde Gradnam delatum, in protocollo Visitationis Kalinkianae inter MSS. Rotaridessiana Vol. V. form. 4. Ibidem etiam inter pastores Beczkovienses recurrit.
27. *Sept.* Joh. a Lassko, Vng. Teste Lampio lib. cit. p. 653 circa an. 1577 Rector Scholae Debreczinensis, postea in oppido Hertzegszölös aut in Veresmarth Pastor, et Baroviae circa

Digitized by Google

Saec. XVII. Superintendens. Vid. lib. cit. p. 666. et 671.

— — Emericus Galfi, Szerdahelyiensis. Monedulato notatus.

Rectore Vito Oertelio Vinshemio, juniore, I. U. D.

Anno 1575.

10. *Jan.* Ambrosius Szentmiklossi, ex inferiori Pan. quem Monedulatus Ambrosium Buzás Szentmiklossinum adpellat.

— — Michael Callovianus, ex parte Trans-Tibiscana.

16. *Febr.* Joh. Carolinus, Vng.

Rectore Joh. Cyriaco L. B. in Polheim.

9. *Maj.* Tobias) Turner, fratres
— — Johannes) Scepusii.

25. *Maj.* Joh. Berecius, Lascovio Beregky.

— — Georg Quintius, quem Lascovius Georgium Pente nominat.

— — Emericus Miskoltzinus, Lascovio Miskoltzy.

— — Stephanus Sepschius, Lascovio Szepsy.

4. *Jun.* Sebastianus Lammius, Kesmarcensis. Viro hoc juxta Caspar. Pilczium, in turbis Sacramentariis, in superiore Hungaria inter Protestantes agitatis, nemo notior evasit. Vitam ejus et Schmalius in Adv. in Hist. Eccl. Sect. III. Cap. I. §. 2. et Ribini Memor. Aug. Conf. P. I. p. 291. et Klein in Biogr. P. I. p. I. seq. et recentissime Ven. Genersich in Memorab. Vrbis. Kesmark. P. II. p. 156 seq., labores praeterea etiam Horányi Cont. Mem. P. I. p. 87. delinearunt. Controversiae, quae eidem cum Georgio Horváth Stansith de Gradecz, Viro docto et Nobili inter-

Digitized by Google

cessere, ex scriptis ab hoc editis cognosci poterunt. Vide responsionem duplicem Gregorii Horváth etc. quam pro Veritate doctrinae coelestis etc. ad Sebastiani Lam, Calvinistae Keismarcensis etc. opponit, Bartphae 1592, excudebat David Guttgesell. Virum hunc praeterea etiam Ambrosium cognominatum fuisse, non est, quod moneamus.

22. *Aug.* Joh. Tarnoczinus, Vng. Alio nomine Tarczy, Pastor in villa Palmarum in Scepusio. Vid. Genersich lib. cit. P. II. p. 133. Lascovius eum Andream nominat.

21. *Sept.* Jacobus Privicerus, Pan.

— — Tobias Jung, Poson. gratis.

Rectore Joh. Bugenhagio, Theol. Doct.

29. *Oct.* Petrus Thanadius, Vng. Hunc Lampius Petrum Tsene, Lascovius Tsanády adpellat, eumque Pastorem Érsekujváriensem, ac Superintendentem fuisse, praeterea Conf. Helveticam hungarice reddidisse, testatur lib. cit. p. 127.

— — Vicentius Tholnensis, Vng. postea Pastor Ecclesiae Sajó-Szentpéteriensis et vicinarum Senior, circa an. 1584, teste Lampio lib. cit. p. 573.

4. *Nov.* Georg. Astronomi, Vng. Novisoliensis. Prima fundamenta studiorum posuit in Patria, denique missus ad Thomam Fabry Bartpham, ubi triennio expleto reversus in patriam Collaboratoris functus est officio. Adiit postea Vitebergam, in qua semestre moratus, jussu Gregorii Melczeri Pro-Pastoris Novisoliensis, examini et ordinationi pro officio Diaconi se subjecit, 3. Apr. 1576. Fuit dein Pastor in Monte-Georgio, ac qua talis subscripsit Confessioni Montanarum Civitatum. Vid. Klein Biogr. P. II. p. 144. et Ribini Memor. P. 1. p. 221. Etiam inter Pastores Modrenses reperio ad an. 1592 notatum Georg. Astronomi apud Klein Biogr. P. II. p. 71.

Digitized by Google

— — Christoph Reisinger.
— — Ladislaus Rosásy } Monedulato notati.
— — Paulus Motsi Tschnus }

Anno 1576.

14. *Jan.* Joh. Reisenhuc, Leutsov.
29. *Mart.* Joh. Reisinger. Pan.

Rectore Michaele Teubero, I. V. D.

19. *Maj.* Leonhardus Mokossinus, de Lypts in Vngaria. Hic jactis in patria sub Petro Barosio literarum fundamentis, Bartpham profectus, septennium ab ore Fabrii pependit. Profectus vero Vitebergam, per sesqui annum mansit; revocatus Scholam patriam rexit. Post biennium alterum Vitebergam adiit, ac 9. menses moratus, mortuo Patre Stanislao Mokossini, Pastore Németh Liptsensi, altera vice revocatus, Ecclesiaeque ad S. Joannem apud Liptóvienses Minister destinatus, tertium Vitebergam ordinationis causa profectus est, quam 12. Junii 1580 suscepit. Habuit noster Leonhardus fratres: Martinum, Ministrum in Tepla, Georgium, Ministrum prius Boczae, postea in Trnovecz, de quo inferius ad an. 1577; Stanislaum, Ministrum Schalosnitzensem an. 1592, in Diaconum Melchioris Duhov, Senioris Liptoviensis, ordinatum, et Michaelem, de quo mox. Erat vero Leonhardus postea in Patria V. D. Minister, quo, haud dubie relicto Fano S. Joannis, evocatus est. Scripsit Historiam V. T. carmine heroico redditam, 1599 Vitebergae editam. Vid. Czwittinger Specim. Hung. Litt. p. 254. Item Ribini Mem. P. I. p. 313.

— — Michael Mokossinus, Teuto-Liptsensis prioris frater, revocatus ad officium Diaconi Ecclesiae Patriae Ordines Sacros Vitebergae 7. Nov. 1576 suscepit.

Digitized by Google

19. *Jun.* Samuel Chovack, Vng.

29. *Jun.* Georgius Szésch, Vironicus Vng. Monedulato Virovichius.

6. *Oct.* Ambrosius Derescheus. Vir ab eruditione famosus, Pastor Ecclesiae Varadiensis, et an. 1596 tractus ejus Senior, teste Lamp. lib. cit. p. 636, 669. Lascovio Dereskey audit.

— — Joannes Szalaj.

— — Thomas Szalossinus, Monedulato Szölössi.

— — Lucas Gyarmathinus.

— — Steph. Szikszay.

— — Basilius Mosdosi, Filius erat haud dubie Basilii Mosdosi Pastoris Banovicensis ad an. 1525. Vid. Protocollon Visit. Kalinkianae an. 1651 peractae in collectione Rotaridessiana Vitebergae deposita.

Rectore Andrea Volfg. Barone Austriac in Polheim.

3. *Nov.* Andr. Krupina, Carponensis. Studuit in Patria primum sub M. Georgio Saltzbanck, an. 1571 abiit Bartpham, institutione Thomae Fabrii, et ejus collegae Georgii Radaschini usus. Revocatus in Patriam, Scholae, cum Rectore Laurentio Drexlero, aliquamdiu praefuit, tum a Senatu Vrbis an. 1576 Vitebergam missus, ac porro ab eodem Senatu in Diaconum vocatus, 15. Oct. 1578 ordinatus est.

— — Stephanus Vídaj, Carponensis. Postea Cassoviae et hungarus Pastor. Víd. Klein Biogr. P. II. p. 458.

6. *Nov.* Emericus Samoskrosi, Pan. quem Lascovius Samosközy scripsit.

Anno 1577.

15. *Mart.* Michael Senensis, Pan. Post reditum factus est Pastor Cremniczíensis, ac talis Conf. an. 1580 editae subscripsit. Transiit

Digitized by Google

siit postea Galgoczium, ac postremo in Fanum S. Georgii prope Posonium, ut testatur filius ejus, ejusdem nominis, an. 1610 in Pastorem Schemniczienseem Vitebergae ordinatus. Vide Indicem ibidem ordinatorum, in quo penultimus comparet.

— — Matthias Riegler, Pan. Nonne est Matthias Pechtinis, de quo Klein in Biogr. P. I. p. 479. agit?

20. *Apr.* Fabianus Piso, Bellenius Vng. qui perhibente Lampio p. 633. an. 1579 jam Rector Scholae Debreczinensis fuit.

— — Andreas Pankotay, Vng.

Rectore Casparo Alteneich, I. V. D.

1. *Jun.* Melchior Schönfelder, Sepusius.

10. *Jun.* Paulus Szegedinus, anno sequ. nationis Senior, in ordine 27-us.

— — David Sigemundus, Cassoviensis, de quo Monedulatus hunc in modum:„ qui ad Helvetios sese transferens, et postmodum in patriam reversus, post laudabilem scholae Varadinae gubernationem ad Praesides Regni Transylvaniae Albam Juliam translatus, eximiam ingenii laudem apud omnes bonos adeptus est. Poëtam eximium fuisse, Elegiae de Hung. an. 1577 Vitebergae luci publicae expositae, testantur.

— — Stephanus Kapossius: Scripsit carmen in libellum Monedulati, 1578 sub titulo: Jucundum Sponsi Christi colloquium etc. Vitebergae editum.

— — Paulus Varsanius, L. Varsányi.

— — Jacobus Enyedinus, L. Enyedy.

— — Georgius Szepesius. Dum Vitebergae moraretur, edidit librum sub titulo: Carmina, salutarem natalem D. nostri Jesu Christi, Servatoris totius generis humani, celebrantia, in

Digitized by Google

gratiam et favorem egregii ac nobilissimi Viri D. Petri Litterati Fodor Thurini, Civis celeberrimae et inclytae urbis Debreczinae excellentissimi et praestantissimi, Domini et Maecenatis studiorum suorum benignissimi, ipso die Epiphaniae scripta a Georg. Szepessio. Vitebergae excudebat Clemens Schleich et Antonius Schone An. MDLXXVIII.

20. *Jul.* Georg. Fleischerus, Bartph.

1. *Aug.* Leonhardus Stöckel; Bartph. Filius erat patris cognominis, cujus in hoc Catalogo ad an. 1530 mentionem fecimus. Vid. Klein in Biogr. P. II. p. 190. Redux ab exteris, factus est Cibinii apud Sárosienses Scholae Rector, postea Leibiczium ad Scepusienses in Pastorem evocatus. Klein Biogr. P. I. p. 191. Ribini huic, non vero Joanni fratri ejus, tribuit editionem Postillarum patris eorum Leonhardi, in Memor. P. I. p. 295.

— — Balthasar Alitis, Veterosoliensis.

20. *Sept.* Joh. Monai Szilágyius, Vng. Scripsit carmen in libellum Monedulati Vitebergae editum. Idem postquam rediisset Pastor primum Tsanadiensis, postea Etsediensis, ac circa an. 1596 Senior Tractus Közép-Szolnokiensis erat. Vid. Lamp. p. 623. Mortuus est 1603.

— — Joh. Belezius Szénásy, Vng.

— — Nicolaus Jous Czeginus, Vng.

5. *Oct.* Joh. Fabry Cocavinus. Post reditum Minister in Ecclesia Chrenoviensi, cui postquam annis 15 praefuisset, mortuus est ex calculo 1592, testibus Lochmannis Joanne et Matthia in Annotationibus ad Eberi Calendarium.

— — Georg. Mokossinus, Liptschensis Pan. Prima litterarum fundamenta in patria duce Petro Barosio jecit, postea Leutsoviae sub Casparo Cramero et Joh. Reidelpho studuit. Duobus in patria annis postea moratus, pro Ministe-

Digitized by Google

rio a Magistratu patriae vocatus, et Vitebergam missus, cum se non satis instructum in Theologia animadverteret, uno semestri isthic mansit, ac sic ordinandum se curauit 1578. 23 Jul. patriamque petiit. Factus est postea Pastor Boczae, ac dein in Trnavecz.

24. *Nov.* Conradus Hengkel, Leutsov. Haud dubie filius patris cognominis.

24. *Dec.* Christoph. Landmannus, Schemnitzio-Montanus. Studuit hic primum in patria sub M. Joh. Egrano, postea Scholae Svidniczensi triennio praefuit, dein studia confirmaturus Magdeburgum concessit, ubi anno exacto Vitebergam appulit, in qua triennium versatus, a Comite Joh. Thurzone vocatus, 24 Apr. 1580 est ordinatus.

Anno 1578.

7. *Jun.* Daniel Dopzai, Vng. quem Monedulatus Danielem Kis Dopzaj adpellat. Dum Vitebergae esset, carmen scripsit in libellum Monedulati, Colloquium Christi cum Ecclesia insignitum, in quo se comitem et amicum Lascovii jucundissimum professus est. Erat postmodum Pastor Zihaliensis et Senior Tractus Sylvaniensis in Comitatu Krasznensi. Vid. Lamp. lib. cit. p. 646.

— — Michael Carolinus.

— — Petrus Lascovius. Memorabilis hicce vir, praeterea Monedulatus, item Tsókás, dictus, bis Vitebergam salutauit. Ita enim in Catalogo Hungarorum Vitebergae studentium praefationi libri, an. 1585 sub titulo: de Homine, magno illo in rerum natura miraculo, Vitebergae editi, inserto, de se inquit: „qui postmodum 1581. d. 3. Jun. secundariam in Italiam ac Galliam peregrinationem Alba Julia suscipiens, 1582 Vitebergam reversus, ibique semestri spatio, sola

Digitized by Google

librorum compingendorum gratia commoratus, a Patronis, Regni Transylvaniae Praesidibus revocatus, in patriam rediit.„ Vitam ejus exponit Klein in Biogr. P. II p. 92. Ibidem etiam scripta ejus recensentur, quibus vero adhuc addendus est, an. 1578 editus Tractatus, sub titulo: Jucundum ac svave Christi sponsi colloquium cum Sponsa Ecclesia, in quo arctissimum vinculum amoris Christi erga Ecclesiam depingitur; in gratiam prudentissimorum et ornatissimorum Dominorum Consularium Maecenatum ac Patrum suorum, summa fide colendorum et Inclyti cel. Vrbis Debreczinae Senatus, ex libro Cantici Canticorum versibus descriptum, per Petrum C. Lascovium, Clientem obsequentissimum. Vitebergae excudebat Matthaeus Vellock, typis Joh. Schvertelii. MDLXXVIII. in 4. Videatur de eodem etiam Horányi in Memor. P. II. p. 470. Nobis denuo monendum est, hunc Virum esse, qui Catalogum Hungarorum Vitebergae studentium, primus luci publicae exposuit.

— — Petrus Türck, Scepusius. Erat is origine Leutsoviensis, ac post reditum Pastor in Vagendrüssel. Certe an. 1587 qua talis subscripsit legibus Contubernii superioris fluvii Hornáth.

19. *Mart.* Georgius Artopoeus, Eperiesiensis.

26. *Apr.* Josephus Batisaeus. Qui dum in Ministrum Vitebergae ordinaretur, sequentibus fata sua complexus est. „Josephus Batisaeus, natus in Mosótz, positis in patria fundamentis, Goldbergam in Silesiam se contulit, postea Vratislaviam concessit. Inde rediens in patriam erudiendae juuventuti operam impendit; iterum Comitibus Révay educandis insudauit, inde Academiam Vitebergensem adiit, in eaque post biennium ordinandum se curauit 1580 in Januario. Erat vero post reditum Pastor in patria Moscho-

Digitized by Google

via, antecessor Eliae Lányi, qui postea Superintendens factus est.

— — Joh. Szalay, Lascovio Szalmadinus.

— — Joh. Szőlőssius, Lascovio Hertzeg-Szőlőssius.

— — Matthias Fabriczius. Hunc Lampe p. 570 Matthiam Fabriczium Varsányi compellat, et Ministrum in Szokolya fuisse asserit.

29. *Apr.* Andreas Taurius, Soliensis. Erat post reditum Scholae Trenchiniensis Rector, teste Kleinio in Biograph. P. II. p. 424, qui vero ibidem Thorani adpellatur. Georgius Trnoviczenus, an. 1594 Vitebergae in Ministrum ordinatus, ejus, qua Rectoris Bitsensis, sub nomine Andreae Thurii Soliensis, meminit. Idem facit etiam Daniel Urbanovits an. 1593 ibidem ordinatus. Vid. Catalogum Ord. Viteb. p. 54. Caeterum dicebatur etiam Thurszky, eratque Martinopoli Rector, postea Pastor Predmiriensis, dein Poniczensis. Prostat Calendarium Eberi, ab eo variis observationibus historicis illustratum.

Rectore Joachimo a Beust, I. V. D.

in Majo. Jacobus Spiegler, Carponensis Vng. Studia in patria inchoauit Bartphae, Vratislauiae et Swidniczii continuauit, Vitebergam absoluendorum eorundem causa bis adiit. Dum alterum jam sesqui annum moratus fuisset, ordinibus se initiandum curauit d. 31 Oct. 1582, atque ita rediit. Eum quidem post reditum in patria mansisse, atque munia gessisse inde conjecerim, quod ad an. 1619 alter Jacobus Spieglerus occurrat, qui haud dubie filius hujus fuit, et se itidem Carponensem professus est.

Junio. Casparus Pesthius. Hic inter Pastores Sáros-Patakienses collocatur a Lampio lib. cit. p. 597. ad an. 1586. Dum Vitebergae es-

Digitized by Google

set Seniorem popularium egit, atque primus de nominibus Hungarorum Vitebergae studentium, e Matricis Vniversitatis eruendis solicitus fuit. Nam Catalogus Lascovii posterior est. Vide, quae superius ad nomen Balthasaris Glebae scripsimus.

— — Petrus Vitéz, patria, teste Lascovio, Tsengerinus.

— — Paulus Montanus.

— — Joh. Szalmadinus.

— — Daniel Duorszky. Kleinius adpellat Johannem (nisi forte diversus sit) eumque Scholae Martinopolitanae Rectorem fuisse testatur.

— — Martinus Sebaldus, Posoniensis.

in Septembri. Gallus Katatfeley.

— — Martinus Szölössius, postea Pastor Csehiensis et Senior Tractus Sylvaniensis, perhibente Lampio lib. cit. p. 646.

— — Balthasarus Musdorffer, Carponensis, gratis.

— — Stephanus Eori, cujus carmen in libellum Lascovii hoc anno scriptum prostat.

Rectore Joh. Matthesio, I. V. D.

— — Georgius Fabriczius, Alnoviensis. Qui absolutis in patria Vngaria, et confirmatis aliquamdiu Pragae studiis, Alnoviae docentem Scholae egit, postea peste grassante in Bohemiam, privatae prolium informationi vacaturus, secessit, hinc autem in sacrum patriae Curionem electus, Vitebergam causa ordinum exiuit, atque hic usque Dominicam Jubilate anni sequentis mansit. Vixit Alnoviae an. usque 1632, eratque multis annis Senior. Vide Historiam Ecclesiae Alnoviensis in Annalibus Schemnitziensibus.

4. *Nov.* Nicolaus Jelodi, (Lascovio Iklodi) de Kutsey, Vng.

Digitized by Google

— — Andreas Kapolneus, Szalainus.

— — Matthias Piskolty.

— — Joh. Gasur, Moschoviensis. Studuit primum in patria, deinde Schemnitzii, porro Tyropoli sub Thoraconymo, subseque Brigae in Silesia et Iglaviae in Moravia sub Joh. Vrsino. Confirmauit studia Vitebergae, atque etiam ordinibus initiatus rediit, an. 1580.

Anno 1579.

9. *Jan.* Joh. Pruno, Pannonius. Didicit primum Galgoczii in patria, deinde Solnam et Iglaviam concessit. Porro liberalitate L. B. Andreae Balassa Jenae duobus annis moratus, postea Lipsiam, et exacto anno Vitebergam salutauit, ubi, cum aeque annum exegisset, rediit in patriam, sed iterum eorsum remeauit. Denique absoluto cursu patriam repetere volens, sacerdotio se initiandum curauit 2 Maj. 1582. Reperio vero eundem Trenchinii et Galgoczii Scholam rexisse, imo etiam Paedagogum Georgii Thurzo fuisse. Vid. Schmal in Advers. Cap. I. §. 11. Hunc ego conditorem familiae Prunyiorum hucdum perdurantis, ex qua permulti Evangelici in utraque cathedra Docentes prodierunt, esse dixerim.

20. *Mart.* Michael Spalangus, Schemnitz. Vng.

25. *Apr.* Adamus Mullenbacher, Scepusius.

29. *Apr.* Franciscus Debreczinus, Hunc Lascovius Franc. Tullyuk Debreczéni adpellat, Lampius autem lib. cit. p. 669. eum an. 1581 festo Martini, qua Rectorem Scholae Tolnensis introductum, praecociter obiisse scribit. Dum Vitebergae esset, Senior nationis in serie nonus et vicesimus creatus fuit.

— — Petrus Zamoskozinus.

Digitized by Google

Rectore Valentino Schindler. Heb. Ling. Prof.

8. *Maj.* Jacobus Gallus, Leutsov. Interfuit an. sequenti 1580 qua Pastor in Ciuitatibus Montanis Conventui, et postremo fere loco inter Ministros subscribebat, perhibente Ribinio in Memorab. Aug. Confessionis P. I. p. 528.

4. *Jun.* Martinus Bels. Haud dubie Benedicti Belsii, Pastoris Eperiesiensis et ab an. 1580 Senioris quinque Civitatum, filius. Erat tamen etiam alter Eperiesini hoc tempore Belsius, nimirum Johannes, qui Socer fuit Johannis Bocatii.

20. *Jun.* Basilius Varschanius.

26. *Jun.* Joh. Magnus, Debreczinus.

— — Andreas Gnysnerus, Cepusius. Erat haud dubie filius Valentini Pastoris Popradiensis an. 1584 ibidem demortui, et Pater Eliae, de quo inferius ad an. 1605.

20. *Jul.* Andreas Rajetzsky, Thurocziensis. Erat an. 1612 Minister Marcivillae in Scepusio, atque eodem anno d. 9. Dec. legibus fraternitatis superioris fluvii Hornáth, teste Matrica, subscripsit.

15. *Sept.* Andreas Faber, Bartphensis. Est fortassis Andreas Fabriczius an. 1604 Pastor Csetnekiensis et Con-Senior, postea Alsó-Sajóini Minister.

29. *Sept.* Stephanus Budaeus, Vng. Existimarim, fuisse alterius Stephani, qui circa an. 1650 Docentem in Collegio Debreczinensi egit, teste Lampio lib. cit. p. 633, fratrem.

Rectore Barone Ladislao a Schleinitz.

19. *Oct.* Isaacus Vásárhelyinus, Vng.

9. *Nov.* Joh. Benerus, Leutsov.

— — Daniel Chytraeus, Leutsov.

30. *Nov.* Joh. Szikszovius, Vng.

Digitized by Google

26. Dec. Marcus Fautor, Sempronienſis.

— — Joh. Toltsvaj, cujus Lascovius meminit.

Anno 1580.

21. *Jan.* Joh. Fabriczy, Hung. Dum an. sequ. 1581 d. 22. Aug. Vitebergae Ministerio initiaretur, se Thurocziensem patria testatus est. Studuit autem primum domi, Martinopoli haud dubie, postea Iglauiae praeceptore Eberhardo sexennio usus. Iterum Schemnitzii biennio mansit, postea ipse ludum literarium apud Vetusolienses per quadriennium rexit. Relicta hac statione rediit Iglaviam, ac inde Vitebergam concessit, hincque ordinatus rediit. Supellectilem librariam reliquerat Vitebergae, pro qua an. 1582 Joh. Duchon Mossoviensis dum missus fuisset, et ipse ordinibus initiatus, Diaconus in loco Bohemiae Lstisborca factus est. Caeterum Fabriciades iste, Synodo Solnensi qua Galgoczensis Pastor interfuit.

15. *Apr.* Georg. Wohn, Pannonius.

— — Abel Aurora, Pannonius. Erat patria Carponensis. Studuit Carponae sub M. Georg. Saltzbanck, Schemnitzii an. 1571 sub M. Joh. Egrano, Bartphae ab an. 1572 — 75 sub Thoma Fabrio. Postea ipse Scholam Bakabányae rexit; quam post annum deserens, peregrinatus est per Poloniam, Russiam et Transylvaniam annis duobus. In patriam rediens Teschini Collegae officium consecutus est, ac postremo Suidniczium in Pastorem vocatus, Vitebergam pro suscipiendis ordinibus delatus, nomen suum Albo Civium inseruit an. 1580 d. 24 Apr.

— — Stanislaus Aurora. Fratrem prioris esse crediderim eodem tempore studiorum causa eorsum delatum.

Digitized by Google

— — Casparus Schall, Schemnitz.

30. *Apr.* Bernhardus } a Leutsch. Hos ego
— — Joach. Ernestus } Henckelios fuisse dixerim.

Rectore Martino Heinrico, litt. sacrar. Prof.

15. *Jun.* Stephanus Zirtaej. Hunc Lascovius, Steph. Szürtei (quod in Biogr. Kleinii Szvertni mendose expressum est) adpellat, eumque hoc eodem anno in Seniorem nationis ordine trigesimum electum testatur.

— — Martinus Tornaeus, Lascovio Tornensis.

Rectore Vito Oertelio, I. V. D.

25. *Oct.* Lucas Hodosi. Postea Pastor Etsediensis, et Tractus Közép-Szolnok Senior, teste Lamp. p. 623. Iterum Pastor Debreczinensis, electus in Superintendentem Csengerini an. 1604. 22 Febr. mortuus 1613. d. 15. Maj. Dum Vitebergae esset, popularibus Senior, anno 1582 electus, praefuit. Viteberga eum Heidelbergam discessisse, Horányi testis est. Assertiones ejus orthodoxas, de potestate Ecclesiastica ad disputandum 1610 propositas exhibet Lampius lib. cit. p. 610. Idem auctor eum Lucam Hodaszy nominat, ita etiam Horányi in Memor. P. II. p. 147, qui praeterea scripta ejus plenius recenset.

— — Joh. Selehsi. Juvenis hic Lascovio (juxta meum Msctum exemplar) Joh. Hertzegszölössinus audit, qui an. 1582 d. 18. Apr. repente mortuus, atque in coemeterio templi urbis, inter templum et scholam, sepultus dicitur.

— — Emericus Bekesi.

3. *Nov.* Daniel Hankowszky, Bartphensis. Gregorii, cujus ad an. 1556 mentio facta, filius.

Digitized by Google

Anno 1581.

26. *Apr.* Andreas Sárossy. Hic an. 1582 Senior nationis, serie secundus et trigesimus, constitutus fuit. Scripsit theses de libero Arbitrio, contra quas disputauit Emericus Katona, ut Lampe lib. cit. p. 345. habet.

— — Joh. Castzai, Lascovio Kazai audit.

— — Paulus Szantaj. Post reditum Pastor in oppido Liska, et Senior Tractus Zempliniensis inducitur a Lampio p. 337. Franciscus Páriz Pápay eum per Ladisl. Petö Generalem, jussu fratris ejus, et Episcopi Martini, ex oppido an. 1604 ejectum scribit in breuibus Commentariis p. 166.

Rectore Salamone Alberto, Medicinae Doct.

15. *Jun.* Vitus Zanchius, Baroviensis Hung. quem Lascovius Szanky nominat.

— — Paulus Szennyei, ex Zala Hung.

8. *Jul.* Hieroslaus Urbanovicz, Pannon. Patria ejus erat oppidum Kubin apud Arvenses; apud quos initia literarum sub Mart. Rozinszky jecit. Postea Leibiczii in Scepusio apud Adamum Hutterum, et Tyropoli apud Sebastianum Lamium didicit, iterum Galgoczii apud Joh. Prunonem studia continuauit, ac eadem Vitebergae tandem absolvit. Hinc, cum reditum post annum et semestre meditaretur, an. 1582 d. 8. Aug. ordinandum se curauit. Anno 1584 Ecclesiae Zaskoviensi apud Arvenses eum praefuisse, ac postea Varnam discessisse, ex protocollo Visitationis Kalinkianae an 1647, et 1650 peractae, constat.

15. *Jul.* Michael Debreczinus, Vng. Filium dixerim alterius Michaelis Debreczényi, qui Synodo Erdödiensi 1548 interfuit.

Digitized by Google

29. *Jul.* Nicolaus Gyarmathi.

— — Joh. Sárkozius. Postmodum Rector Scholae Prividensis.

— — Bernhardus Çatnari.

— — Joh. Telegdj., quem Lascovius praeterea Fürészium nominat.

Rectore Andrea Schatoni, Med. Doct. et Phys. Prof.

25. *Oct.* Isaacus Fegyvernekinus. Cognomen ei Cserny fuisse, Lascovius testis est. Discessit Viteberga Heidelbergam et Basileam, ac an. 1585 iterum versus Vitebergam domum rediit. Pastorem eum et Seniorem Ecclesiarum in Dioecesi superiori an. 1592 fuisse, Lamp. lib. cit. p. 578 habet. De eodem, qua scriptore, agit Horányi Mem. P. I. p. 663. Operi a Horányio laudato, addendum est carmen, quod noster in librum Lascovii de Homine magno illo etc. Vitebergae existens an. 1585 scripsit.

— — Thomas Fabriczius, Tolnensis. Vulgo etiam Thomas Tolnaj. Erat is popularium suorum an. 1584 quintus et tricesimus ordine Senior, ac post reditum teste Lampio p. 597 Ecclesiae Patakiensis Minister, qui primum evulgauit Tractatum de imaginibus, quo omnem earum usum ex ecclesiis propulsabat; ac, cum Elias Lányi an. 1590 Scutum libertatis Christianae in usu ceremoniarum, nominatim imaginum, ei opponeret, examen ejusdem Scuti luci publicae exposuit. Mortuus est circa an. 1609. In notatis Mart. Klanicza, Viri historiae patriae gnarissimi, haec de eo reperii: Thomas Fabriczius Tolnensis, circa an. 1584 clarus, Caesareofori in aula Sebastiani Tököli 1594 Pastor, qui cum Hero simul Calvini placitis deditus erat, grauis fuit Gregorio Horváth de Gradecz. Videatur de hoc Fabriczio

Digitized by Google

etiam Genersich in Memorab. Vrb. Kesmark. P. II. p. 143.

26. *Nov.* Thomas Magnus, Sempronienses.

Anno 1582.

28. *Febr.* Paulus Birogszaszius, Vng. Lascovio Kötsy an. 1586 nationis Senior.

— — Jacobus Martinus, Cosliensis.

Rectore Joh. Matthaeo Schmalkaldiensi, Theol. Doct.

28. *Maj.* Emericus Drobin, Novisoliensis.

17. *Jul.* Stephanus Geontius.

— — Joh. Callovius. Hoc eodem anno serie 33-us Senior.

— — Michael Nádudvarinus.

— — Joh. Julius, Lámpio Joó dictus, eodemque teste lib. cit. p. 637 celebris Scholae Varadinae Rector.

— — Balthasarus Zamoskozinus, (Szamosközinus.)

17. *Aug.* Mart. Hancko, Novisol. Studiorum fundamenta posuit in patria, sub Abrahamo Schremellio, postea Schemniczii sub Mart. Dorockio, Cremniczii sub Georgio Szontagh, Bartphae sub Thoma Fabry et Briznae didicit. Confirmatis studiis Vitebergae per annum, ordinandum se curauit an. 1582 d. 10 Septembris, ac sic rediit.

— — Joh. Stöckelius, Novisoliensis.

Rectore eodem Joh. Matthaeo, ob pestem grassantem relicto.

3. *Nov.* Daniel Vásárhelyinus, Vng.

Digitized by Google

Anno 1583.

13. *Mart.* Thomas Litteratus, Hommonnaiensis.

Rectore Mich. Taubero, I. V. D.

15. *Maj.* Joh. Siderius Szikszai, Vng. Lascovius testatur, eum an. hoc eodem 1583 popularium Seniorem fuisse. Post reditum factus est Tarczaliensium Pastor, ac subseque Tractus Abaújváriensis Senior, velut Lampe p. 596. perhibet. Conscripsisse eum Catechesim Hungaricam idem auctor p. 129 affirmat. Elegiam item ad Andream Magocsium, summum Ecclesiarum Patronum, alii perhibent.

13. *Jun.* Martinus Sturmius, Leutsov. Patriae redditus, factus est in urbe patria an. 1587 Scholae Rector, dein primarius VDMinister, an. 1601 demortuus, M. Petri Zabeleri patris antecessor, teste Gymnasiologia Rezikiana.

8. *Aug.* Georgius Carolinus, Vng. Studuit Vitebergae sumtibus Gabrielis Bethlen, factus dein Rector Scholae hungaricae Cassoviensis. Lampe p. 356. Oppidum Dés in Transylvania ab Arianismo repurgauit, teste Páriz Pápay, in breuibus rerum Eccl. in Hungaria et Transylvania Commentariis, p. 169. Distinctusne hic est a Georgio Carlo Eperiesiensi Rectore, sub quo ad an. 1589 Con-Rector erat Severinus Scultety? Hunc potius dixerim esse intelligendum. Chronologia id svadet. Erat hic artium Magister.

— — Georgius Tardi, } quorum nomina Lascovius conseruauit.
— — Joh. Pelleus, }

8. *Aug.* Andreas Talei, Hung.

Digitized by Google

Rectore Francisco Faber, Phil. et Med. Prof.

3. *Nov.* Georgius Kaposius, Vng.

Anno 1584.

4. *Mart.* Nicolaus Baticius, Vng. Arvensis. Positis literarum initiis Velicsnae, sub Paulo Fabry, Leutsoviae, Leibiczii, Rosenbergae, Solnae, et Moschoviae studuit. Porro ipse gubernaculis Scholarum admotus in Patria Velicsna, ac porro Bitsae, juuentutem informauit. Bitsa per Comitem Emericum Forgács Vitebergam missus, semiquartum annum studia ibidem confirmabat. Per eundem Patronum in Pastorem Trenchiniensem evocatus, 9. Julii 1587 ordines suscepit. Anno 1619 jam Velicsnensis apud Arvenses Pastor, et muneris Superintendent. candidatus erat. Mortuus est in Velicsna, postquam ibidem 36 an. laborasset, teste Protocollo Visitationis Kalinkianae an. 1647. et 1650 peractae, inter Collectanea Rotaridessiana, Vitebergae deposita, obvio.

— — Hieremias Szartorius, Arvensis, gratis. Studuit sumtibus ejusdem Forgáchii. Revocatus est an. 1586, atque Scholae Trenchiniensi Praefectus. Vid. Schmal in Advers. Cap. VII. et in Vitis Superintendentum, nominatim Antonii. Videatur etiam Klein in Biogr. P. II. p. 423. not. 304. — An. 1596 erat jam Trenchiniensis Pastor, et qua talis 1. Jan. ejusdem anni subscripsit Legibus Fraternitatis Trenchiniensis. Reperio etiam, eundem, antequam Trenchinium translatus fuisset, in Velicsna Pastorem egisse. Protocol. Visit. Kalinkianae.

Rectore Ernesto, Duce Brunsvicensi.

25. *Maj.* Matthias Bexbrodt, Rosenauiensis.

6. *Jul.* Stephanus Munkatius, Pan.

Digitized by Google

— — Johannes Némethius, Pan. Scripsit carmen in librum Lascovii: de Homine etc. 1585.

— — Franc. Száraszius, Tolnensis Pan. Hic jam an. 1586 Scholae patriae Rector erat, factus postea Debreczinensis Pastor, teste Lamp. p. 669. Catechesim Palatinam in hungaricum idioma transtulit, lib. cit. p. 128, quam versionem Albertus Molnár expoliuit. Doctissimus Horányi in Memor. P. II. p. 185. primam Catecheseos Heidelbergensis in hungaricum versionem Davidi Huszár, Galli Huszár filio, tribuit, gloriam alterius politioris Száraszio vindicat.

— — Andreas Carolinus, Pan. Erat is an. 1585 popularium Senior, et scripsit epigramma in librum Lascovii memoratum.

— — Stephanus Csorba, Debreczinus. Factus deinde Pastor in Abrány et Erdöd, adhaec Senior, interfuit Synodo Csanádiensi an. 1597, et Tsengerianae 1598, teste Lamp. p. 644.

29. *Jul.* Andreas Lihanius, Rosenberg. Pan. haud dubie pater Martini an. 1633 Pastoris Ochtinae facti.

22. *Aug.* Mart. Reinhard, Schemnitz. Pan. quem reducem factum, in Arce Murány Concionatorem et Superintendentem fuisse, Schmal in Historia Superintendentum asserit.

Rectore Augusto, Duce Brunsvicensi.

21. *Oct.* Andreas Smiccius, Trenchiniensis.

22. *Dec.* Franc. Vásárhelyinus, Vng. Rexit postea Scholam Semptaviensem Vngaricam, teste Nicolao Marikovszky, qui inter Ordinatos Vitebergae ad an. 1600 occurrit.

— — Joh. Csanadius, Vng. Senior popularium an. 1587.

Joh.

Digitized by Google

— — Joh. Jeszenius, Medicus. Erat vir magni nominis, postea in Bohemia fatali morte plexus. Studuisse eum Vitebergae Horányi in Memor. Hung. P. II. p. 206. seq. ostendit, ejusque fata et acta recenset.

Anno 1585.

8. *Febr.* Joh. Litterati, Banocinus Vng. quem Lascovius Danocium dixit.

— — Joh. Tonsoris, Budens. Vng. E numero eorum est, qui carmina in librum Lascovii de Homine etc. scripsere.

— — Matthias Buza, Gyulanus Vng. Hujus quoque epigramma in librum Lascovii jam memoratum prostat. Lampius virum hunc Michaelem Búzás adpellat, atque an. 1597 Tolnae Pastorem fuisse ait.

28. *Apr.* Joh. Fridericus, a Leutsch.

Rectore Joh. Limmero, I. V. D.

8. *Jun.* Nicolaus Agriensis, Vng.

— — Joh. Varsanius, Vng.

— — Paulus Kalmantsei, Vng. Simigius.

7. *Aug.* Lucas Bihari.

— — Basilius Szepsinus. Lampius hunc Balthasarem adpellat, atque Pastorem et Seniorem in Tractu Marmarosiensi circa an. 1604 fuisse perhibet.

Hactenus perduxit Catalogum suum Petrus Monedulatus Lascovius, quem vero ab hinc, usque 1597 Jeremias Lipovias Barovius continuauit. Eum nos cum hoc nostro porro conferre non negligemus.

Anno 1586.

26. *Mart.* Daniel Mensatoria, Arvensis.

Digitized by Google

— — Martinus Sluconius, Varnensis. Redux, multis annis in Scholis pietatem et literas docuit, factus postmodum Ecclesiae S. Martinopolitanae apud Thuroczienses Pastor, cui postquam 12 annis praefuisset, 1607 d. 19. Jan. mortuus est. Sepultus fuit per M. Lochmannum. Vid. Annotationes Lochm. in Calend. Eberi.

28. *Apr.* Georgius Buntzler, Cassoviensis.

Rectore Petro Albino Nivemontio, Art. Magistro.

16. *Maj.* Christoph. Fersius, Bartphens. Studuit primum in patria, tum Sáros-Patakini, dein Brigae, postremo Vitebergae. Isthic, Martino Wagnero, patriae ejus VDMinistro ita desiderante, Confessionem de S. Coena edidit, quam postquam Gregorius Horváth legisset, vocationem ad munus, tum scholasticum, tum ecclesiasticum ei obtulit, quare d. 6. Sept. 1587 Ministerio initiatus in patriam rediit.

15. *Aug.* Balthasarus Miskoltzinus, Vng. Erat dein Rector Scholae Agriae cum Collega Valentino Sárközio, teste Michaele Péntekio, qui inter Ordinatos Vitebergae ad an. 1600 occurrit.

— — Nicolaus Debreczinus, a Patre Taricko Vng. — Continuator Lascovii Nicolaum Janko Debreczinum adpellat.

28. *Aug.* Martinus Intibus, Pan. Post reditum Pastorem eum in Újhely ad Kiszuczam, Tordosini, ac in Ljetava, ubi etiam mortuus est, fuisse, Protocollon Visitationis a Daniele Krman an. 1706 peractae testatur.

— — Joh. Berger, Pan.

3 *Sept.* Benedictus Bissinus, Teuto-Liptsensis. Erat an. 1605 Minister in Ecclesia Poracsensi in Scepusio, ad Fraternitatem sup. fluvii

Digitized by Google

Hornáth pertinente, subscripsitque Articulis ejusdem Fraternitatis, ut Matrica testatur.

7. *Oct.* Martinus Chudicius, Veterosoliensis, postea Pastor Schemnitziensis, pater alterius Martini Chudicii, qui an. 1628 qua Pastor Potrensis, Contubernio Neogradiensi incorporatus est. Noster, antequam Schemniczii Pastor factus fuisset, Vetusolii Rector Scholae erat, teste Gymnasiologia Rezikiana.

12. *Oct.* Joh. Zaholinus, Vng. Erat Senior popularium an. 1588.

Rectore Andrea Jodoco, Theol. Doct.

20. *Nov.* Joh. Lazitius, Liptov. Studuit Teuto-Liptsae sub disciplina Damiani Perlagi et Leonh. Mokosini, Eperiesini sub Severino Scultety, iterum Teuto-Liptsae sub Mich. Czabányi, ac denique Prividiae sub Husselio. Ipse Birovicii, cum Collega et Praeside Andrea Schvindlero, juuentutem docuit. Transiit postea Vitebergam, ex qua post annum Trenchinium pro Diacono revocatus, ordinatus fuit 11 Dec. 1587.

— — Michael Cibrádi, Vng.

— — Michael Börveinus.

Anno 1587.

7. *Apr.* Nicolaus Boregego, Debreczinus.

— — Andreas Furtis, Mohinus, Vng.

— — Stephanus Félegyházy, Debreczinus. Hunc alii Thomam scribunt, qui N. T. ex fontibus hungarice verterit, atque Debreczini 1586. in 4 ediderit. Viteberga redux erat Thuriensis, Debreczinensis, et Claudiopolitanus Rector, ac postea Debreczinensis Pastor. Etiam Locos communes Theologicos edidisse dicitur.

Digitized by Google

— — Stephonus Artopoeus, Tolnensis Vng. Videantur ea, quae ad an. 1523. nrum 3. scripta sunt.

— — Alexander Szamos - Közi, Vng.

— — Joh. Sartorius, Tolnensis Vng.

Rectore Joh. Czaugero, I. V. D.

Maj. Samuel Lowcsanus, Veterosoliens. Erat filius Georgii, qui primum Scholae Hajnicensis Rector, postea Veterosoliensis, atque Slauorum Schemnicziensis, postremo Teschini in Silesia Polonicae Ecclesiae Pastor erat. Hunc per Incl. Gentem Balassiorum Viteberga evocatum Schmalius asserit, qui vero in his nostris Catalogis non reperitur. Frater Samuelis erat Timotheus, qui ordinatus de his testimonium perhibet. Vid. Catal. Ord. Viteb. ad an. 1592.

Jun. Mihael Chalupka, Teuto Liptsensis. Erat post reditum famosus Scholae Teuto-Liptsensis Rector, teste Gymnasiologia Rezikiana. Fratrem dixerim esse Sigismundi, qui an. 1589 Vitebergae in Diaconum Radacsensem ordinatus est.

Jul. Bartholomaeus Krüger, Eperiesiensis.

— — Martinus Brechtelius, Caschoviensis. Post reditum Scholae patriae Rector, ut colligere licet ex iis, quae Bocatius an. 1596 ad eum scripsit, Hungarid. lib. I. p. 96, 97. Videatur de eo etiam Genersich, Mem. Vrb. Kesm. P. II. p. 162.

— — Franciscus Bánffy Lossonczy, Comes Doboczensis etc. Erat hic Volfgangi Bánffy Comitis Doboczensis, Baronis in Hunyad, etc. Consiliarii Principatus Transylvaniae frugi filius, qui suscepta per Moldaviam, Russiam

Digitized by Google

Poloniam, Pomeraniam, Marchiamque peregrinatione, Vitebergae prope biennium substitit, ac interea etiam fasces academicos administravit.

— — Martinus Thuri, an. 1589 nationis Senior.

— — Demetrius Liscensis. Factus dein Pastor Tractus Megyessiensis, circa an. 1606 Rivuliensis Senior, teste Lampio lib. cit. p. 621.

— — Franciscus Némethinus. Post reditum Leutsoviensis Pastor, an. 1667 mortuus, in cujus obitum sermonem dixit M. Christianus Seelmann.

— — Petrus Literati, Szent-Péteriensis.

— — Joh. Decius Barovius. Dum Claudiopoli studia, Tolnae et Debreczini coepta, continuaret, dignus habitus fuit, qui Franc. Bánffy peregrinaturo comes perpetuus et studiorum Praefectus, adjungeretur. Cum eodem igitur peragratis pluribus regionibus Vitebergae substitit, atque hic peregrinationis successum carmine explicuit, sub titulo: Hodoeporicon itineris Transylvanici, Moldavici, Russici, etc. 1587. in 4. Domum redux, Synugma Institutionum Juris Imperialis ac Hungarici etc. 1593 Claudiopoli edidit. Rectorem eum Gymnasii Székely-Vásárhelyiensis postea factum, Continuator Catalogi Lascoviani testatur. Reliquos ejus labores Horányi, Memor. P. I. p. 497. recenset. Ante eum Rotarides in Lineamentis Hist. litt. p. 35. sub litera dd. ejus non sine laude meminit.

— — Michael Forgács, L. B. in Ghymes etc. Quantus fuerit post reditum Litteratorum Fautor et promotor, exponit Schmal in Advers. in Hist. Eccl. Cap. VII.

Aug. Sigismundus Mariássi a Markusfalva Nobilis. Erat filius Pauli, atque vir toga

Digitized by Google

et sago clarus. Studuit etiam Argentorati. Videatur de eodem Schmal, lib. et loco cit. Compendium item Historiae hujus familiae an. 1803 in 4. et iterato in 8. editum. An. 1614 interfuit Synodo Váralyensi.

— — Sigismundus Peczi, Nobilis.

— — Demetrius Kraccovius, Transylv. Vng. Post reditum Scholae Patakinae Rector teste Lampio lib. cit. p. 595 et Kleinio in Biogr. P. II. p. 402.

Oct. Demetrius Szkarinuz.

— — Valentinus Sárközius, postea Scholae Agriensis cum Balthasare Miskoltzio Rector.

— — Joh. Lentulus, Szepsy. Fortassis Joh. Lutilensis, qui in Gymnasiologia Rector Scholae Varnensis ad an. 1609 inducitur, pater.

— — Franc. Nagy, Debreczinensis.

Rectore Salamone Alberto, Med. Doct.

Nov. Franciscus Tholnai.

— — Joh. Garai, Tolnensis.

— — Mich. Huber, Tsanadinus.

Dec. David Simonides, Veterosoliensis. Hic dum an. 1592 ordinibus Vitebergae initiaretur, testatus est, sibi patrem Melchiorem fuisse, litterarum fundamenta se in patria sub Georgio Velicz posuisse, postea Bartpham commigravisse, atque disciplina Severini Scultety usum, illinc devenisse ad Nob. Franc. Kalnai, a quo Vitebergam sit promotus, hinc post sesqui annum reducem Scholae Rosenbergensi biennio praefuisse, atque sic per Emericum Cocavinum, Pastorem Nicopolitanum in Diaconum evocatum, 29. Martii 1592 Vitebergae sacerdotio initiatum.

Anno 1588.

Jan. Georg. Udvarhelyinus, Szilagyinus.

Digitized by Google

Mart. Stephanus Schindlerus, Oedenburgensis.

Rectore Michaele Reinhard, Art. Mag.

Maj. Thomas Cusalí.

— — Basilius Búzás, Ketskemetinus.

— — Joh. Szegedi, Continuatori Lascovii Joh. Past. Szegedinus.

— — Balthasarus Malick, Schemnitz.

— — Antonius Lanius, Schemnitz.

— — Casparus Gast, Schemnitz.

Sept. Martinus Thurócz, Tálliai.

— — Georg. Sartoris, Békesi.

Rectore Franc. Comite Bánffy Lossonczy etc.

Oct. Mich. Marth, Novisol. Reducem gradu Magistri ornatum, Scholae Késmárkiensi praefuisse, ipse testatur in funebri Carmine Annae Volckenstein, Joannis Crausii, Arcis Lubló et XIII. oppidorum t. t. Provisoris Consorti, an. 1594 dicto; Vid. etiam Genersich in Mem. Urb. Késm. P. II. p. 158 et 160.

Nov. Thomas Lazarus, Samariensis.

Anno 1589.

Jan. Jacobus Mikovius, Briznensis. Nomen suum tum demum Albo Civium inseruit, dum in Pastorem Szucsanensem Calendis Januarii ordinaretur, qua occasione testatus est, se primum in patria sua Brizna, sub Petro Bergero Ludirectore studuisse, ibidem sub Severino Sculteti, successore Bergeri, studia continuasse, cum eodem Sculteti Eperiesinum, vix anno evoluto, discedente, eorsum commigrasse, post sexennium ibi exactum Tyropolim discessisse, atque hic a Paulo Minichin Scholae Rectore in Collegam fuisse adscitum. Isthinc literis Simonis Forgács in aulam pro Paedagogo evocatum, filios dicti Comitis per sesqui annum informasse, dein-

Digitized by Google

de spe obtinendi ad exteros, necessarii Stipendii, Comitem Emericum Forgách Trenchinii adiisse, et ab hoc se, prius Vitebergam pro ordinibus missum, ad coetum Szucsanensem promotum.

— — Laurentius Kesztigen, Briznensis.

— — Casparus Paczolthy, Szelleczensis Vng. qui dum in Praeconem Evangelii ordinaretur, fata sua complexus, fundamenta, inquit, literarum jecit in patria, Praeceptore usus Andrea Kossa Rosenbergensi. Hinc cum fratre Balthasare contulit se Schemnitzium, ibique per sesqui annum ejus disciplina usus est. Porro Pividiam ad Joh. Sarkotium, ac post quadriennium Cassoviam ad Thomam Heutselium abiit. Postea aliquamdiu Scholam patriam rexit, ac sic Vitebergam adiit, denique post annum a Rev. Leonhardo Zembel revocatus an. 1589. d. 20. Apr. ordinatus est.

— — Casparus Hereczolinus, (Hertzegszölössinus) Erat filius Eliae Veresmarthi, qui Michaeli Sztarai in officio Superintendentis Barouiae successit, teste Lampio p. 665.

— — Georg. Joanchinus.

— — Stephanus Ujhelinus.

— — Georg. Szikszovianus.

Apr. Bruno Breuer, Leutsov. Est haud dubie Pater Breueriorum, qui et docendo et typographiam erigendo, Leutsoviae memorabiles evaserunt.

Rectore Eberhardo a Weyhe, I. V. D.

14. *Maj.* Joh. Bornaeus. Est haud dubie Joh. Bormius Scholae Briznensis, teste Gymnasiologia, Rector, pater alterius ad an. 1612 hoc nomine notati, avus vero tertii cognominis Viri.

— — Benedictus Nagy, Thalliai (Tályai) post reditum Scholae Ginziensis Rector,

Digitized by Google

adjuvit Emericum Zvonárovits in refutando scripto Pazmani contra Lutheranos evulgato. Vid. Ribini Memorab. P. I. p. 404. 405. ubi etiam titulus libri, ab eis evulgati, adscriptus est.

— — Joh. Tharacz, Debreczin. Redux Scholam patriam rexit, postea an. 1598 Pastor Szathmáriensis, et Senior Tractus ejusdem. Lamp. p. 615. et 633.

— — Joh. Soos, Debreczinensis.

22. *Maj.* Simon Arelius, Scepusius.

21. *Jun.* Joh. Theronaeus, quem Lampius Joh. Török nominavit. Discessit an. 1592 d. 2 Dec. quod Formulae Concordiae subscribere nollet.

8. *Jul.* Valentinus Restius, Cepusiens.

22. *Jul.* Adamus Kunischius, Kémárk. Factus post reditum Cassoviae Con-Rector, ac postea in patria Rector. Vid. Genersich l. c. II. 161.

10. *Oct.* Daniel Topfhan, Leutschoviensis.

Rectore Franc. Faber, Phil. et Med. Prof.

31. *Oct.* Johannes Czeglédi. Rediit 1592, quod libro Concordiae subscribere nollet. Continuator Catalogi Lascoviani eum Ungvárinum nominat, et post felicem Scholae Váradinae gubernationem, a Regni Transylvaniae Proceribus Albam Juliam introductum, primariam Ministri functionem subivisse scribit. Horányius eum Medicinae quoque operam dedisse, atque reducem adolescenti Gabrieli Báthorio Moderatorem datum, in Eched Ministerio admotum, Tractus Közép-Szolnokiensis Seniorem factum, ac Gabrieli inprimis Bethlenio percarum fuisse, scribit, praeterea opera ejus litteraria recenset Mem. Cont. I. 746 sq.

— — Michael Váradi, mortuus Vitebergae.

Digitized by Google

— — Sigismundus Cháky, Nobilis.

Anno 1590.

19. *Jan.* Matthaeus Újfalvi.

Rectore Casparo Strubio, Phil. et Med. Doct.

17. *Jul.* Andreas Vngvári. Factus an. 1592 Popularium Senior.

— — Petrus Bakay.

— — Matthaeus Dobrai.

20. *Jul.* Georgius Sartorius, Arvensis. Natus Velicsnae, jactis domi fundamentis, Moschoviae ductu Nicolai Colacinatis litteras percoluit, quocum Trenchinium delatus, post ejus mortem, sub ferula fratris sui Jeremiae Sartorii, pluribus annis studia continuauit. Tandem sumtibus Comitis Emerici Forgách Vitebergam adiit, hic usque 1593 moratus. Redux Scholam Trenchiniensem anno uno, et Teuto-Liptsensem tantundem, Prerovienseu in Moravia annis duobus, rexit, atque sic a coetu Preroviensi in Diaconum est vocatus, et Vitebergam, ordinum sacrorum causa, mense Julio 1597 missus.

3. *Oct.* Thomas Eszterház, Galanthensis Nob. Vng. Meminit hujus Horányi Mem. I, 651. ejusque edita opera recenset Wallaszky in Consp. Hist. lit. p. 190.

— — Georgius Comaromius. Discessit 1592, quod Formulae Concordiae subscribere detrectaret.

6. *Oct.* Johannes Zahlwein, Neosol. Mansit Vitebergae per septennium, quem abeuntem Georg. Schmidelius votis et chronosticho comitabatur.

24. *Oct.* Paulus Vilkorn, Schemnitz. gratis.

Digitized by Google

Rectore Vighardo, L. B. a Fromnitz.]
Anno 1591.

20. *Febr.* Laurentius Thurius. Noluit subscribere Formulae Concordiae, itaque discessit 1592 d 2. Dec.

2. *Mart.* Daniel Ruckschlosz, Basiniensis. Vitebergae sacris ordinibus initiatus, sequentia de se scripsit: „Daniel Ruckschlosz natus est Bazingae, patre Volfgango, dicti Oppidi per annos 18 Pastore. Studiis dicatus, primum in patria sub Georgio Pinctoris, deinde Moschoviae, sub Nicolao Colacinate, litteras percoluit. Vratislaviam profectus, sub Nicolao Steinbergero easdem continuavit. Postea Nagybányae officio Praeceptoris defunctus est. Domum reversus ad Ministeriumque vocatus, Vitebergae ordinatus fuit Dominica Jubilate 1591."

19. *Mart.* Joh. Tánczos, Debrecz. Detrectans Formulae Concordiae subscribere, rediit 2. Dec. 1592.

Rectore Petro Vesenbeccio, I. V. D.

8. *Maj.* Joh. Vári. Rediit 2 Dec. 1592, quod Form. Conc. subscribere nollet.

4. *Jun.* Stephanus Szerdahelyinus.

— — Thomas Varinus.

15. *Jul.* Aegidius Lanius, Helnoviensis Vng. adscriptus gratis.

3. *Aug.* Christoph. Unterbaum, Kesm.

18. *Aug.* Daniel Agriensis, Rediit, quod Form. Concord. subscribere nollet, 1592.

— — Gregorius Váczy. Erat haud dubie Nepos Gregorii Váczi, qui 1518 subscripsit Articulis Synodi Erdödiensis. Pastorem egit Marcivillae in Scepusio, subscripsitque Conf. Ciuitatum, et Articulis Fraternitatis sup. fluvii Hornáth 1605. Idem 1607 erat Fraternitatis Senior,

Digitized by Google

at exul. Caeterum alium etiam hujus temporis Gregorium Váczy reperio, qui teste Rezikio in Gymnasiologia inter primos Scholae Vág-újhelyiensis Rectores numerandus est.

11. *Sept.* Emericus Újfalvius. Lampius hunc Emericum Szent-Újfalvi adpellat, eumque Pastorem Varadinensem et Seniorem Tractus Bihariensis circa an. 1604 fuisse testatur. Idem eundem inter Rectores Scholae Debreczinensis ad an. 1596 collocat p. 623. Fuit inter eos, qui ob non subscriptam Form. Concord. an. 1592 discessere. Controversias ejus cum Luca Hodaszio et cum Steph. Nyilas idem auctor recenset p. 337. atque an. 1611 inglorium decessisse affirmat.

— — Thomas Babionczius, quem Lampius Babolnay nominat, ob non subscriptam Form. Conc. discessisse scribit.

— — Joh. Vásárhelyinus. Itidem ob eandem causam Vitebergam deseruit. Fuit ex adhaerentibus Joh. Tholnaei, qui teste Lampio p. 383 — 386 Puritanismum et Independentismum Anglicanum in Hungaria inducere voluit.

2. *Oct.* Joh. Nögeri, Szemczinus.

Rectore Valentino Espich, Med. Doct.

2. *Nov.* Albertus Molnár, Szemcinus. Vng. gratis. Merita ejus et labores complures recensuerunt. e. g. Lampe p. 709. Jöcherus in Lex. Erud. Czwittinger in Specim. p. 254. Horányi Mem. II. 647. Klein in Biogr. I, 345. Vallaszky in Consp. Reipub. litt. h. edit. altera p. 197.

— — Joh. Szegedinus, an. 1594 popularium Senior, quem alii Joh. Regium Szegedinum nominant.

Digitized by Google

2. *Dec.* Andreas Medniczenus. Descruit Vitebergam, quod Form. Concord. subscribere nollet.

— — Christoph. Czegledi Rediit cum praecedente, alii Vitebergae eum obiisse scribunt.

Dec. 6 Samuel Hieronymiades, Banoviensis. Studuit primum Moschoviae, sub Nicolao Colacinate, et Alberto Husselio, postea Prividiae sub Matth. Lochmanno, Strazsae sub Georg. Horváth Stansith de Gradecz, et M. Conrado Gaera, qui Argentorato illuc evocatus fuit, iterum Eperiesini sub Sev. Sculteti. Vitebergae biennium mansit, ac revocatus 1593 ordinatus est. Praefuit postmodum Ecclesiae ad B. Virginem annis 21; mortuus 18 Jan. 1622, sepultusque est concionante Rev. Floriano Duchon. Ita annotauit Lochmannus ad Eberi Calendarium.

— — Stephanus Xylander, Leutsoviensis. Natus fuit Leutsoviae 1572, patre Bartholomaeo. In Schola patria usque 1584 ductu Thomae Heutselii studuit, slavica Teuto-Liptsae sub Mich Czabanio didicit, Eperiesini sub Sev. Sculteti literas excoluit, iterum in patriam reversus, in neo-constituto Gymnasio Martinum Sturmium et Joh. Mylium audiuit. Anno aetatis 19. Leucoream adiit, in eaque usque 1596 moratus, evocatos in Hungariam Viros, praecipue Albertum Graverum, in patriam comitatus est. Rediit vero iterum Vitebergam, ac paulo post per Saxoniam, Daniam, Borussiamque peregrinabatur, ultimo Regiomonti substitit, ubi uno anno moratus est. 1597 Mense Novembri tertium Leucoream adiit, ac in hoc itinere aliquantum Brannsbergae, in Collegio Jesuitarum, mansit. Vitebergae iterum 1599 vixit, quo tempore et honores in Philosophia summos capessiuit, et vocati-

Digitized by Google

onem ad Diaconatum Ecclesiae patriae a Senatu, cujus sumtibus hactenus vixit, obtinuit, et ordinibus sacris initiatus est; qua occasione haec singula uberius de se exposuit. Ex Diacono Leutsoviensi factus Várallyae Pastor, an. 1614 in Superintendentem electus fuit, quo vero munere non diu functus est. Ribini in Mem. I, 400. artibus malevolorum, mortuo Christophoro Thurzo, munere depulsum scribit. Mortuus est 1620. Vid. Klein Biogr. I, 467.

29. *Dec.* Michael Fabriczius, Szinir-Várallyensis. Discessit, quod Form. Concord. subscribere nollet.

— — Mich. Tolnensis, cujus solus Continuator Lascovii mentionem facit.

Anno 1592.

29. *Jan.* Nicolaus Hajnicenus, — — Michael Lossonczy, — — Joh. Tolnensis,	Omnes hi, ob non subscriptam Form. Concord. Viteberga discessere.

28. *Mart.* Emericus Boythe, Györfalvensis. Lamp. l. c. p. 659 scribit, eum in Bissing Franc. Batthyán Comitis Concionatorem, ac postea Superintendentem fuisse. Nonne vero eum cum Stephano confundit, qui colloquio Csepreghiensi inclaruit?

3. *Apr.* Alexander Sotzovinus, Briznensis. Erat filius Andreae Sotzovini, qui prius Scholae Briznensis Rector, dein 1569 Slavorum Neosolii, an. 1575 Prividensis Ecclesiae, ac postremo 1579 Briznae Pastor erat, ac Conf. Civitatum subscripsit. Ribini Mem. I, 513. Filius Alexander redux, prius Trenchiniensis, postea Breznobányensis, Galgoczensis, 1599 Bartphensis, Cassoviensis 1602, Solnensis 1609, Scholarum Re-

Digitized by Google

ctorem, dein Ecclesiae Prividensis Pastorem, 1610 Vágújhelyiensem Parochum et Praepositum egit.

28. *Apr.* Samuel Spillenburg, Leutschoviensis. Erat filius Davidis ex Vestphalia, perhibente Klein Biogr. II, 145, oriundi. Studuit Medicinam, in qua postea excelluit, mortuus 1658. Xylander eidem primae officinae chartariae in Scepusio erectionem tribuit. Labores ejus literarios describit Klein II, 245. sqq.

Rectore Joh. Grunio, Art. Magistro.

3. *Maj.* Moses Callovius. Hunc eundem esse dixerim, quem Lampe alias Vásárhelyinum adpellat, atque ob non subscriptam Form. Conc. discessisse scribit.

21. *Maj.* Thomas Mokius, Oedenburgensis Pan. Hunc Schmal in vitis Superintendentum Jacobum nominat, eique disputationem Metaphysicam, sub Jacobo Martini Prof. habitam, tribuit, quae 1603 impressa, atque Stephano Magyari Superintendenti Trans-Danubiano, Pastori Saarvariensi, item Mich. Zwonarits, Pastori Czenkiensi, dedicata fuit.

— — Abraham Steiner, Sopron.

23. *Jun.* Thomas Schnell, Leutsov. Existimarim fuisse filium Thomae Schnell, Pastoris Leutsoviensis, cujus mentionem fac t Sebast. Ambrosius in Carmine ad Amicos. Vid. Genersich l. c. II, 135. 136.

— — Joh. Bruno, Leutsov.

22. *Sept.* Mich. Rosenkrantz, Oedenburg.

— — Emericus Kovasnaj,
— — Joh. Megyeri,
— — Casparus Vjvarinus,
— — Petrus Taxonyi,
— — Vincentius Szepsinus,
— — Joh. Bedö Szölössy,

} Ob non subscriptam Form. Con. discessere.

Digitized by Google

Rectore Aegidio Hunnio, Theol. Doct.

11. *Dec.* Timotheus Lowcsányi, Vetusol. Natus est Patre Georgio, Vetusolii per annos 20 Pastore, postea Schemnitzii Slavico Ministro, ultimo Teschini in Silesia Ecclesiae Polonicae Praecone, ibidem 1. Febr. 1609 mortuo. Studuit in patria sub Elia Bernhardi, Schemnitzii sub Joh. Heinoldo, Eperiesini sub Sev. Sculteti. An. 1592 discessit Tubingam, unde cum Samuele Hubero Vitebergam evocato, eorsum venit, ac fere per annum hic manens, Schemniczium in Diaconum Slavorum vocatus, 1593 mense Decembri ordinatus rediit Fuit postea Pastor Zoliensis.

— — Daniel Urbanovits, Arvensis. Natus est in Kubih, studia coepit in patria, continuauit Igloviae sub Dan. Rechenio, Bitsae sub Andr. Thurio et Nicolao Batizio, Vetusolii sub Martino Csudino. Postea in Valle Dominorum Cantorem egit. Audito eo, Vitebergam et Saxoniam juxta invariatam Conf. Aug. reformari, utramque adiit, illicque est 1593 ordinatus.

Hoc eodem mense discessere Viteberga Studiosi Theologiae Hungari numero quinque et viginti, quorum jam mentionem fecimus, quod Formulae Concordiae subscribere nollent. Ejectionem eorum et Proscriptionem Lampius Aegidio Hunnio adscribit, et ab hoc tempore rariores Hungaros Vitebergae fuisse, asserit.

Anno 1593.

28. *Mart.* Nicolaus Magi, Némethi. Praeter hunc, juxta hos Catalogos, hoc anno nemo Hungarorum aduenit, etsi Continuator Lascoviani aliquos huc referat, quos vero nos alibi deprehendemus. Venit tamen ordinum causa

21. *Oct.* Joh. Mihályko, Eperiesiensis, qui primum loco natali, postea Strazsae studuit. Veniens

Digitized by Google

niens Vitebergam, Confessionem de S. Coena invariatae Augustanae conformem edidit, ac sic 21 Oct. est ordinatus. Post reditum, a concionibus Christophoro Thurzoni, item Georgio Széchy in arce Murány, fuit. Quae et qualia ediderit, vide in notitia Comitatus Gömör. ven. Patris mei.

Anno 1594.

23. *Mart.* Joh. Hellopoeus, Sixovius. Postea Pastor Talyensis.

— — Andr. Koroncz, Szepsinus.

Rectore M. Petro Otho, Mathes. Prof.

6. *Jun.* Jacobus Németh, Rosenauiensis. Factus post reditum Jesuita. Vid. Horányi II, 683. ubi etiam labores ejus recensentur.

15. *Jul.* Antonius Than, Cassov.

Rectore Salamone Gesnero, Theol. Doct.

19. *Oct.* Paulus Schmaukler, Neosol. Post absoluta in patria, et confirmata Vitebergae, studia in Diaconum Ecclesiae Lucsivnensis in Scepusium est evocatus et 21. Sept. 1595 ordinatus.

4. *Nov.* Elias Tornari, Neosol. Qua Zólyo-Liptsensis Pastor intererat Synodo Solnensi an. 1610.

20. *Nov.* Joh. Klewiny, Briznensis.

— — Georg. Schmidelius. Hic catalogis nostris excidit. Supplemus vero eum ex Indice Ordinatorum Viteb., cui nomen suum et fata ita inscripsit: „Georgius Schmidelius, Briznensis Pannonius, natus honesto patre Joh. Schmidelio, matre vero Sophia Mikovii, prima litterarum fundamenta in patria jecit, tandem Galgoczium venit, ubi biennium fere sub ferula D. Georgii Sartorii exegit. Hinc consilio fratris revocatus Trenchinium se contulit, et ibidem sub Hieremia Sartorio, quadriennium fere consumsit. Inde Igloviam venit, quadriennio D. Joach. Golczio hic

Digitized by Google

usus praeceptore. Trenchinium postliminio salutauit, ubi uno alterove mense exacto, opera praeceptoris sui, Hier. Sartorii, ad Magnif. Melchiorem Balassa est commendatus, et in Rectorem Scholae adscitus. Hinc sumtibus suis Academiam hanc Vitebergensem adiit, et annum sesqui alterum in eadem mansit. Unde per doctiss. et Claris. Virum Samuelem Melickium vocatus in Collegam, sententiae ejusdem annuit, seque Ministerio Ecclesiae patriae consecravit, ord. per Doct. Aegid. Hunnium 22 Sept. 1595.

Anno 1595.

21. *Febr.* Joh. Thuri. Anno eodem nationis Senior. Nonne is Jacobus dicendus erit Andreae ad an. 1578 inducti, non tamen eadem matre natus, frater?

— — Joh. Bellváry. Anno 1597 nationis Senior.

— — Alexander Laskai.

Rectore Ludovico Person, I. V. D. et Pandect. Prof.

26. *Jun.* Joh. Stirnkorb.

12. *Jul.* Joseph. Geoncinus. Erat post reditum primum Varadiensis Rector, postea Pastor Rivuliensis, dein Superintendens an. 1618 in Szathmár electus, teste Lampio l. c. 638, et 605.

15. *Aug.* Joh. Hrasko, Novisol. gratis adscriptus.

21. *Aug.* Steph. Telegdi.

1. *Sept.* Nicolaus Abraham, Veterosol. Hic est haud dubie Isaci Abrahamidae 1610 in Superintendentem electi, qui itidem Veterosoliensem se scripsit, seu filius, seu cognatus.

— — Joh. Glòsius, Veterosol. gratis.

8. *Sept.* Joh. Textor. Modrensis.

Digitized by Google

12. *Sept.* Casparus Cramer, Leutsov. Erat is filius Caspari Rectoris Leutsoviensis ad an. 1565 notati, factus post reditum Scholae patriae Rector. Qua talis Synodo Várallyiensi 1614 celebratae interfuit.

— — Mauritius
— — Caspar
— — Andreas
} Polcz, Gömörienses. Gens et familia Polcz apud Gömörienses hucdum viget.

11. *Oct.* Thomas Szelinus.

— — Joh. Bekesi.

Rectore Ernesto Hettenbach, Phil. et Med. Doct.

23 *Oct.* Nicolaus Hrabec de Hrischou. Est haud dubie is, qui inter Rectores Alsó-Kubinienses ponitur a Rezikio in Gymnasiologia.

— — Balthasarus Grelnertius, Novisol.

— — Joh. Balthasar Beolczhkei, Vng.

— — Balthasar Z. Babolcsai.

— — Jeremias Lipoinus, Barovius. Hunc Continuator Catalogi Lascoviani habet.

— — Johan. Jeszenszky, cujus fata et acta recenset Horányi II, 205. sqq.

Anno 1596.

8. *Febr.* Gregorius Furman, Eperiesiensis

14. *Apr.* Mart. Reimannus, Kesmark. Post reditum Pastor in Felk, 1624 frustra Kesmarkinum vocatus. Genersich II, 177.

19. *Apr.* Balthasarus Gombos, Miskoltziensis.

— — Emericus Katona, Újfalvinus. Natus est in provincia Barovia. Adolescens Pata-

Digitized by Google

kinum missus, studia ita excoluit, ut Scholae oppidi Szepsi Rector praefici potuerit. Exacto hic biennio Vitebergam profectus, biennium mansit. Transiit hinc Heidelbergam, quatuor mensibus ibidem moratus. An. 1599 in patriam reversus, Rectoratum Scholae Patakiensis cum laude administrauit. Postea Aulicus Sigismundi Rákóczii factus est, ac paulo post Szepsiensi Pastori collega datus, transiit Gönczinum, ac iterum in oppidum Keresztúr, ubi 1610 mortuus est. Scripta ejus recenset Lampius p. 344 sqq. Horányi II, 304. seq. et Jöcher in Lexico.

— — Joh. Gellaj, Békessinus. An. 1597 jam Scholae Varadiensis Rector, teste Lampio l. c. p. 638.

— — Isacus Bak, Rétfaluinus.

26. *Apr.* Gregor. Pilczius, Scepusiensis. Filius alterius Pilczii, superius ad an. 1574 adducti.

Rectore Joh. Hagio, Art. Magistro.

7. *Maj.* Joh. Messerschmiedt, Neosoliensis.

10. *Maj.* Balthasarus Debrecinus, Vng.

2. *Aug.* Tobias Rechenius, Kesmarkiensis.

9. *Sept.* Abraham Zaltfein, Novisol.

22. *Sept.* Joh. Alexis Ketskeméti, Lanionis Vng. Pastor Sáros-Patakiensis ab an. 1609 — 1618. et Senior Dioecesis Zempliniensis. Scripsit Commentarium in Danielem Prophetam, teste Lampio p. 588.

— — Petrus Margitai. Postea Pastor Husztensis, dein Szathmáriensis, Csanádini 1629 constitutus Superintendens, paulo post mortuus, teste Lampio p. 605.

Digitized by Google

— — Albertus Liesllies Caroli.
— — Michael Sido, Óvárino Vng.
9. *Oct.* Joh. Adam, Eperiesinus.
— — Petrus Debreczinus,
— — Steph. P. Rivulinus,
— — Benedict. Szegedinus,
} quorum Continuator Lascovii meminit.

Rectore Davide Rungio, Theol. Doct.

Anno 1597.

19. *Mart.* Stephanus Sixai.

— — Steph. Decius. 1599 jam Scholae Debreczinensis Rector, teste Lampio p. 633, qui eundem in numerum eorum ponit, quos Gabriel Bethlen ex Hungaria ad se evocauit, et Ecclesiis ac Scholis in Transylvania praefecit, quos etiam suo sumtu ad Academias expediuit.

— — Georg. Thurius.

Rectore Thoma Franczio, I. V. D.

29. *Aug.* Michael Hunior, Visolinus.

— — Petrus Hasznok, Zomborinus.

16. *Sept.* Steph. Kruschpier, Varboviensis. Fuit post reditum Rector Scholae Solnensis, in qua sexennio exacto 1607 Ujhelyinum delatus est. Praefuit coetui huic 40 annis, ac Notarii et Senioris officio in Contubernio Trenchiniensi defunctus est. Qua talis Synodo Solnensi interfuit, et orationem in obitum Eliae Lányi Superintendentis dixit; mortuus 1654.

— — Joh. Lycius, Hlinicenus. Schmal in Vitis Superint. Sect. 1. Cap. 1. inducit eum, qua Pastorem Ecclesiae Trenchiniensis, et ejusdem nominis Contubernii inferioris Districtus Seniorem. Vide etiam de eo Klein l. c. II, 14. Ve-

Digitized by Google

nit vero Trenchinium ex Trnovecz, ac dein Dubniczium per Casp. Illésházy evocatus est.

26. *Sept* Philipp. Masko, Cremnitz. Ordinatus est 1601, in Austria factus Minister.

Ad hunc annum pertingunt Catalogi, Lascovianus nimirum et Barovianus, quos hactenus cum nostris contulimus. Ab hinc jam solo nostro vitulo arabimus.

Rectore Antonio Evonymo, Art. Magistro.

Anno 1598.

30. *Maj.* Paulus Bartha, Gönczius.
— — Daniel Pastoris, Szegedinus.
— — Petrus Pastoris, Alvintzy.
— — Joh. Petrovius, Szent-Péterinus.
— — Demetrius Nádasdinus.
— — Michael Tatárpatainus. Filius haud dubie erat, viri cognominis, qui articulis Synodi Hertzegszölösiensis 1576 habitae, subscripsit.

24. *Aug.* Caspar Rodt, Sepusius. Dum 1601 in Diaconum Trischtensem Vitebergae ordinaretur, Rhodium se nominavit.

Rectore Leonhardo Huttero, Theol. Doct.

1599.

20. *Jan.* Balthas. Muotoroszky, Novisoliensis.

15. *Febr.* Melchior Rohacsius. Vitam celebris hujus viri, quem Vitebergenses dignitate Magistri Philosophiae ornarunt, dedit Schmal, in M. S de Superintendentibus in Hungaria concinnato, quam etiam Klein l. c. II, 427 exhibet. De nostro, qua Superintendente egit etiam Ribini in Mem. I, 443.

28. *Apr.* Joh. Praetorius, Cremnitz.

Digitized by Google

Rectore Joh. Zangero, Prof. Decretal.

4. *Maj.* Joh. Marthius, Neosol.

28. *Jun.* Michael Péntek, Zdanensis. Litteris dicatus studuit primum in patria, dein Prividiae sub Joh. Zarkoczy, postea Schemnitzii sub Joh. Heinoldo, iterum in Morauia Iglaviae sub Joach. Golczio, denique Agriae sub Balthasare Miskoltzio, et Valent. Sárkozio. Postea ipse in oppido S. Crucis ad Granum Scholam rexit, qua relicta Vitebergam commigrauit, atque hic anno expleto, per R. Timotheum Lowcsányi, Pastorem Soliensem, in Diaconum vocatus 16. Apr. 1600 ordinatus est. Transiit postea Carponam, Slavorum Pastor factus. In Matrica hujus Ecclesiae mentio ejus usque an. 1611 occurrit.

1. *Sept.* Joh. Sturmius, Neosol.

5. *Oct.* Lucas Maurach, Poson.

Rectore Andrea Schato, Med. Doct.

7. *Nov.* Martinus Sculteti, Bartph. Haud dubie filius magni illius Severini Sculteti, Rectoris primum Eperiesiensis, postea Pastoris Bartphani et Senioris Civitatum. Rezik in Gymnasiologia eum Scholae Csejtensis Rectorem fuisse, ac ex hac ad Banovicenses evocatum perhibet.

Rectore Laurentio Fabriczio, Lingv. Ebr. Prof.

Anno 1600.

13. *Maj.* Vincentius P. Szepsinus, Vng.

— — Emericus B. Rovassnai.

2. *Jun.* Joh. Maternus, Cassoviensis Joh. Materni Rosenaviae 1573, Filckae in Scepusio 1579, iterum Rosenaviae, ac postremo Cassoviae, Pastoris filius.

26. *Sept.* Nicolaus Raisz, Bisztricensis.

Digitized by Google

6. *Oct.* Abrah. Czabanius, Briznensis. Erat haud dubie Jacobi Czabanii 1579, Vitebergae sacris ordinibus initiati, qui se Briznensem fuisse itidem profitetur, filius, ante exitum autem Rector Scholae Berzeviczensis, ut ex iis, quae Steph. Böltsházy tempore ordinationis suae de se scripsit adparet. Horányi in Contin. Mem. Hung. I, 635, Abrahamum nostrum Scepusium adpellat, eique nonnulla excerpta historica, ad ductum Caroli Wagner, tribuit. Nimirum post reditum Custodem Tabularii apud I. Gentem Thurzonum, ac VDMinistrum in Scepusio egisse, colligas. Caeterum Abrahamum hunc patrem Joannis fuisse dixerim, a quo Isacus, de quo infra, genitus est.

13. *Oct.* Gregorius Czenkinus, Vng.

Rectore Salamone Gesnero, Theol. Doct.

24 *Nov.* Steph. Bielicz, Liptov. Postea Böltsházy dictus, Lipto-Zadabiensis erat. Exiuit ad exteros cum praeceptore suo Abrahamo Czabanio. Redux adhuc continuauit studia, post annum Rector Hellenoviensis, tum ad B. Mariam, et iterum Hellenoviae factus est. Postea in Kunischow idem officium gessit. Deinde Pastor Draveczensis in Scepusio 1614 ordinatus est, qua statione cum excidisset, postremo ab an. 1617 usque 1631 Pastor Felső-Sájoensis erat.

Rectore Bartholomaeo Reusnero, I. V. D.

Anno 1601.

30. *Maj.* Jacobus Aichinger, Posoniensis.

15. *Jun.* Martinus Veigmannus, Bartphens. Patre Joanne Cive Bartphensi natus, studuit primum in patria. An. 1598 Graecium discessit, atque isthic adfuit, cum paulo post Schola haec provincialis per Archi-Ducem Ferdinandum dissiparetur. Igitur ipse Vratislauiam transiuit. An.

Digitized by Google

1600 Academiam Francofurtanam salutauit, sed post annum jussu Senatus Bartphani Vitebergam adiit. 1604 rediit in patriam, ac primum Eperiesini, dein Bartphae ab an. 1606 officio Rectoris defunctus est, ac qua talis Synodo Várallyiensi 1614 interfuit. Tandem 1620 in pastorem Ecclesiae Bartphensis electus et ordinatus.

25. *Jun.* Joh. Durus, Bitsensis.

26. *Sept.* Christoph Pastoris, Decius.

— — Joh. Fabriczius, Szepsinus.

Rectore ipso Electore Augusto, Pro-Rect. Ernesto Hettenbach, Phil. D.

24. *Oct.* Ludovicus a Bunkhoffen, Novisol. Pan.

5. *Nov.* Nicolaus Horváth, Mladosewitz de Körmend. Pan.

Anno 1602.

30. *Mart.* Laurent. Ossitius, Neosol.

Pro-Rectore Georgio Weckero, Phil. et Math. Prof.

Jun. Paulus Cramerus, Leutsov. Filius haud dubie senioris Caspari Cramer, Scholae Leutsoviensis Rectoris. Noster Paulus non Theologus, sed Medicus erat. Qua talis disputauit 1614: de Colico dolore, quae diss. ejus Basileae excusa prodiit in 4.

1. *Sept.* Stephanus) Pertinger, Po-
— — Christoph.) sonienses.

Pro-Rectore Davide Rungio, Theol. Doct.

23. *Nov.* Stephanus Kegelius, Posoniensis.

Anno 1603.

3. *Febr.* Nicolaus Fidicinis, Bajmoczensis Hung. Erat is post reditum primum Con-

Digitized by Google

Rector, postea Rector Bitsae, unde Galgoczinum 1601 translatus, 4 Nov. ejusdem Ministerio est initiatus. 1622 in Octobri Superintendens in locum Isaci Abrahamidae constitutus fuit. Obiit 1626, et utroque in munere Andream Diössy successorem habuit. Reliquit in MS. Prolegomena per quaestiones in Genesim tradita.

Pro-Rectore Luca Beckmanno, I. V. D.

25. *Maji.* Steph. Snobel, Rivulinus.
— — Steph. Fejér, Dobronosinus.
— — Steph. Pastoris, Desinius.
— — Steph. Tonsoris, Varadinus.
— — Benedict. Nagy, Nádasdinus. Hic, qua Ludi Günsiensis Rector, 1615 operam suam Emerico Zwonarits, Pastori Csepreghiensi, commodabat, dum is versionem suam locorum theologicorum Haffenreseri, in hungaricum idioma factam, contra Nicol. Szily defenderet. Vid. Ribini l. c. I, 404.
— — Lucas Mercatoris, Varadinus.
— — Joh. Sánta, Aegopolitanus.
— — Mich. Sartoris, Szikelinus.
— — Steph. Chinadi, Butsinus.
13. *Jun.* Michael Pellionis, Magno. Varadinus.
— — Joh. Hunior, Visolinus.
25. *Jun.* Volfgangus Ischatterus, Posoniensis.
— — Jacóbus Gilling, Posoniensis.

Pro-Rectore Ernesto Hettenbach, Phil. et Med. Doct.

29. *Dec.* Thomas Francisci, Martinopolitanus; quem Rectorem primum Moschoviae ad an. 1611, postea Bitsae, ultimo Ministrum Predmeriensem fuisse, Shmal testis est.

Digitized by Google

Anno 1604.

17. *Mart.* Nicolaus Pebröcz, Vng.
— — Steph. Bogádi, Trenchiniensis.
22. *Mart.* Seraphinus Vilhelmi. Qua Rector Scholae Prividiensis inducitur, Scholae item Moschoviensis et Solnensis, in Gymnasiologia Rezikio-Matthaeidessiana.

Pro-Rectore Adamo Theodoro Adami, Philosophiae et Eloquentiae Professore.

23. *Maj.* Jacobus Frantz, Eperiesiensis.
26. *Jun.* Joh. Nigrinus, Pan. Rectorem fuisse prius Banoviczii, postea apud Solnenses triennio, Gymnasiol. Rezikiana perhibet. Postea in Owarcsko apud Trenchinienses Pastorem egisse, reperio.
14. *Aug.* Emericus Rosos, Ketskemetinus.
— — Andreas Fogas, Debreczinus.

Pro-Rectore Leonhardo Huttero, Theol. Doct.

24. *Oct.* Nicolaus Lanius, Vdvardinus. Studuit primum in patria, postea Újvarini sub Mich. Munkácsi, iterum in Schola Kürthiana et Szerediana. Postea Paedagogum egit apud Nob. Petrum Gosztonyi. Denuo ad studia continuanda rediens, Galgoczii didicit. Iterum Scholae Szerediensi praefectus est. Hinc sumtibus Stanislai Thurzonis Comitis Vitebergam missus studia absoluit, et ex nouo Szerediensi Scholae praefuit. Hinc ad Ecclesiam Kürthianam vocatus fuit, ord. 22 Febr. 1607.
30. *Dec.* Sebastianus Türk, Leutsov. Fata et acta ejus descripta vide apud Klein P. II. p. 512.

Digitized by Google

Anno 1605.

3. *Jan.* Elias Gnisnerus, Popradiens. Erat filius aut nepos Valentini Gnisneri, cujus Matricula 24 Regal. ad an. 1584 mortui, meminit. Vid. Memor. Prov. Csetnek p. 85.

24. Jan. Paulus Laricius, Liptov. Pan. Hunc, uti et eum, qui ad sequentem annum notatus occurret, ex familia nobilium de Szorrecsan fuisse conjicio.

19. *Apr.* Georg. Sickh, Jaurinensis.

— — Franc. Ambruster, Posoniensis.

29. *Apr.* Melchior Schnell, Leutsov.

Pro-Rectore Dan. Sennerto, Med. Prof.

Oct. Mich. Schwer, Neosol. Pater ei erat Albertus Schwer, Pastor Dilnensis et postea Neosoliensis, origine Saxo. Noster in patria studuit, atque in Moravia variis locis, postea Jenam adiit, unde redux ad Scholam Neosoliensem, aliquamdiu laborauit. Hinc Vitebergam abivit, unde reversus Tót-Pronae in Valle Dominorum Scholam rexit, dein an. 1611 ad Tyrnavienses evocatus, in Ministrum ordinatus est. Fuit postea Schemnitzii Minister, unde an. 1622 Carponam transiit, ubi teste Matrica usque 1627 mansit. Dein Teuto-Prónae Pastorem et Contubernii Bajmoczensis Seniorem, an. 1655 mortuum, fuisse reperio.

Pro-Rectore Melchiore Jöstelio, Phil. et Med. Doct.

Anno 1606.

17. *Maj.* Christoph. Dresserus, Bartphensis.

19. *Maj.* Tobias Platsonius, Eperiesiensis, gratis.

28. *Maj.* Joh. Teubelius, Cassoviensis.

29. *Maj.* Daniel Laricius, Liptoviensis.

Digitized by Google

5. *Jul.* Steph. Schemmocher, Schemnitz. In Catalogo Modrensis Scholae, quem Gymnasiologia Rezikiana exhibet, Vir hujus cognominis ad an. 1653 comparet, qui vero nomen Andreae habuit.

23. *Aug.* Joh. Minor, Kesmarkiensis. Alias Klein dictus.

28. *Sept.* Joh. Haschkovius, Neocomiensis. Qua Rector Scholae Szepes-Várallyiensis inducitur in Gymnasiol. Rezik.

Pro-Rectore Volfgango Frantzio, Theol. Doct.

Anno 1607

25. *Febr.* Gregorius Farkas, Varadinus.

— — Steph. Dorman, Debreczinus.

Rectore Bartholomaeo Reusnero, I. V. D. et Pandect. Prof.

9. *Jun.* Joh. Hertelius, Kesmark. Gaudebat haud dubie duplici nomine, nimirum Joh. Andreae. Gymnasiologia eum Briznensem perhibet, atque in Nagy-Sáros Rectorem fuisse testatur. Klein an. 1618 Rectorem Cibinii effectum scribit, in Biogr. II, 371.

15. *Aug.* Steph. Lucius, Miskoltz.

— — Michael Lanius, Szepsinus, quem Lampe p. 596 et Klein I, 402 inter Rectores Scholae Patakinae ad an. 1612 ponunt.

— — Petrus Szantzer, Beszerminus.

— — Joh. Karátsonyi, Budaeus Vng.

— — Mart. Sartoris, Tóthfalvi.

— — Steph. Mezö, Megyerinus.

— — Joh. Dajka, Keservi Vng. Huic Horányi Mem. I, 296, breuem, sed fidedignam descriptionem Genealogiae Bethleniorum in Transylvania tribuit, eumque Aulicum Gabrielis Bethlen Concionatorem adpellat.

Digitized by Google

26. *Aug.* Michael Pastoris, Fertőinus Vng.

7. *Sept.* Gabriel Pastoris, Szent Simonius Vng.

26. *Sept.* Joh. Cellarius, Posoniensis.

29. *Sept.* Joh. Senensis, Cremnitz. Pan: Natus is fuit patre cognomine pastore Cremnitziensi, Galgocziensi, et Divi Georgii ad Posonium. Fundamenta studiorum posuit Bartphae, sub Alexandro Szokovino per sexennium studens. Expeditus postea sumtibus Senatus Schemnitziensis Vitebergam, studia non tantum confirmavit ibidem, verum etiam se ordinandum curauit, quod factum 23. Maji 1610. — An. 1612 vocatus est Carponam in Pastorem germanicum, fuitque ibidem per biennium.

12. *Oct.* Bartholomaeus Leporinus, Belensis. Erat is Nicolai, postea in Poltár Ministri, carceribus, triremibus et exilio exerciti, pater.

Rectore Tobia Tandlero, Phil. et Med. Doct.

Anno 1608.

21. *Apr.* Adamus Radvaniensis, Pan. qui tempore ordinationis suae an. 1614 d 30. Dec. Bitsae per Eliam Lányi factae, seq. de se perhibuit: „Ego Adamus Corodini Radvanensis, honesto patre Georgio Coroda, et matre Helena in pago Radvány progenitus, et ab iis in Scholam datus, usus sum, inter caeteros praeceptores, opera primo Martini Chorunki, postea Valentini Platsányi, tum Viri doctissimi Pauli Mali. Ex hujus disciplina in patriam evocatus fui, postea Maskoviam ad officium Cantoris, inde per Ill. D. Palatinum Vitebergam promotus. Reversus, Scholae Solnensi quadriennio praefui, et sic ex ejusdem Scholae officio, per eundem Ill. Palatinum

Digitized by Google

legitime ad Ministerium Capellanatus Arcis Arvensis evocatus, Ministerio Sacro, per Rn. Superatt. Eliam Lányi Bitsae inauctòrisor et legitime ad docendum Verbum Dei et Sacramentorum Administrationem emittor, in quo, meam fidelitatem in docendo, constantiam in doctrina Aug. Conf. vitam meam honeste transigendam profiteor, profiteborque, repudiando omnes alias Sectas in credendo contrarias.„

— — Jonas Balla, Thurocz. sequentia de se testatus:„ Ego J. B. hac mea manu fateor, me honestis parentibus, patre Benedicto, matre Susanna, progenitum et a prima infantia honesta litteratura ad erudiendum traditum esse, in qua praeceptoribus usus sum Hum. Matthia Smitka in patria, paulo post Valent. Haynoczensi in Szucsán, tum doctiss. D. Michaele Chalupka, et ornatissimo D. Paulo Kruspier, Solnae per sesqui annum, tandem sanctae recordationis Viro de Scholis et Ecclesiis optime merito Paulo Malo, tam Moschoviae, quam Galgoczii fere per septennium, inde profectus in Bohemiam, M. Petro Fradelio Limburgae, tum M. Petro Schmilaux Iglaviae Moravorum per annum. -- Inde domum redux munificentia Ill. Palatini Vitebergam ad biennium emissus, reuersum Liptsenses Cives me Rectorem Scholae constituerunt, in qua 5. annis et ultra exactis, Diaconus inibi constituor, juxta ritum per Eliam Lányi ordinor, et libro Concordiae subscribo Rajecii 9 Maji 1616.„ Eum Rezik in Gymnasiologia Johannem adpellat.

18. *Dec.* Joh. Molynellus, Dolgosiensis Pannonius.

Anno 1609.

26. *Jan.* Nicolaus Báno, Kukoviensis Vng.

Digitized by Google

30. *Jan.* Steph. Kún, Kemyeininus.
— — Steph. Bán, Pankotanus.
— — Mich. Pintes, Karatztelekinus.

2. *Apr.* Thomas Mokossinus, Liptsensis Hung. Erat is post reditum primum Diaconus Briznae, postea Pastor in Villa S. Mariae apud Thuroczienses, idemque Superintendentis Sam. Melickii gener. Klein. Biogr. II, 363.

— — Joh. Hodickius, Thurocz. Vitam viri hujus memorabilis plures exposuerunt, ut Schmal in Vitis Superintend. in Syllabo Litteratorum Thurocziensium, Ribini in Memor. Aug. Conf. I, 443. sq. Klein in Biogr II, 202. sq. Laboribus ejus litterariis tamen addenda erit: Relatio ejus de Colloquio inter eum et Patrem e Societate Jesu Hajnoldiotum habito.

18. *Jul.* Martinus Wagnerus, Bartphensis. Erat vel filius Martini Wagner Senioris, de quo ad an. 1571. scripsimus, vel ex filio Jacobo nepos. Jacobus ille Tubingae studuerat, ac post reditum uno anno Eperiesini Rectorem Scholae egit, quemadmodum ipse, et genus suum et fata, dum an. 1586 in Diaconum Bartphensem Vitebergae ordinaretur, fassus est. Noster Martinus exiuerat primum Thorunium an. 1607., ac inde transiit Vitebergam. Redux in patriam factus, est Bartphae pastor, ac an. 1645 Civitatum Superintendens. Honorificam ejus mentionem facit Ribini in Memor. I, 490. et II, 143. et Klein in Biogr. pluribus in locis, qui sua ex Schmalio habent.

14. *Oct.* Joh. Ritschius, Neosol. Est haud dubie is quem Rezik in Gymnasiologia Joh. Rittlinum adpellat, et in numero Rectorum Scholae Teuto-Pronensis ad an. 1633 ponit.

Recto-

Digitized by Google

Rectore Ernesto Hettenbach, Phil. et Med. Doct.

22. *Nov.* Bartholomaeus Kis, Somogyino Vng. Fuit prius Czenkensis, postea Sárváriensis, Ecclesiae pastor, anno 1625 in locum Mich. Zwonarics factus trans Danubium Superintendens. Vitam eum molestam vixisse facto Franc. Nádasdy catholico, ab Ecclesia Sárváriensi exulem ad Szent-Györgyienses commigrasse, ibique 1646 vitam cum morte commutasse, Ribini in Memorab. I, 490 scribit. Anno 1635 conscripsit epigramma, in Comp. Leonhardi Hutteri a successore ejus Steph. Lethenyei civitate hungarica donatum.

— — Steph. Lethenianus. Erat primum ludi Sárváriensis moderator, postea plurium Ecclesiarum, inprimis Günczensis, Pastor, ac postremo Superintendens trans Danubium, quem aliqui subjungunt Kissio, alii Musaio postponunt. Qualia ediderit opera Ribini Mem. I, 459. et Horányi Memor. Hung. II, 482 exponunt.

Anno 1610.

15. *Apr.* Petrus Dingisch.

— — Martinus Hellner, Kesmark. gratis. Genersich l. c. II, 177 hunc Johannem adpellat, et cum Johanne Serpilio Pastorem Kesmarkiensem fuisse ad an. 1624, testatur.

— — Thomas Sommer, Kesmark.

Rectore Erasmo Schmiedt, Linguae Graecae Prof.

3. *Maj.* Joh. Pinnerius, Teuto-Pronensis. Ex iis, quae occasione Ordinationis suae in Ministrum Neosoliensem d. 13. Martii 1622 per Zabelerum factae adposuit, adparet, eum 1586 patre Jacobo, matre Barbara natum, in patria sub Joachimo Birckholtzio, Engelhardo et Schüslero, 1602 Novisolii sub M. Nathan. Glarino; 1604 Prividiae sub Balthas. Demiani, 1607 Vra-

Digitized by Google

tislauiae sub M. Nicolao Steinbergero, et 1610 Vitebergae sub Huttero, Schmidio, aliisque studuisse, reducemque, primum Scholae patriae, ab an. vero 1619 — 1622 Scholae Neosoliensis Rectorem fuisse, postremo ibidem VDMinistrum factum esse.

23. *Maj.* Jacobus Peschovius, Leutsov. Terminatis Leutsoviae, confirmatis Vitebergae studiis, collegam in Schola patria per 10 annos egit, factus 1623 Diaconus Menhardivillae, ord. 8. Maji eod. an. per Zabelerum.

16. *Jun.* Joh. Bornemisza, Tyrnaviensis.

— — Nicolaus Lengyel, Comarinus Vng.

Rectore Leonhardo Huttero, Theol. Doct.

25. *Oct.* Matthias Platani, Prividiens. alias Javornjk, qui dum 4. Junii 1615 per Eliam Lányi ordinibus initiaretur, et Libro Concordiae subscriberet, testatus est, se patre Georgio, matre Sophia Stubnensi, Prividiae natum, primum in patria sub Nicolao Marikowszky, postea Eperiesini sub Mich. Roháisio, ac postremo Vitebergae sub Martinio studuisse, indeque reducem Rectorem Trenchiniensem, ac postmodum Diaconum ibidem constitutum esse. Trenchinio ad Ecclesiam Ledniczensem promotus fuit, ubi etiam mortuus est. Moram nectens Vitebergae defenderat sub Praesidio Polycarpi Leyseri Disputationem de aeterna Praedestinatione, Palatino Georgio Thurzoni dedicatam, teste Ribinio in Memor. I, 407.

— — Joh. Krmannus, Prividiensis. „Natus is fuit patre Thoma, matre Charitate Fabry, educatus autem et institutus in patria sub R. D. Lochmanno, Matthia Cremniczensi, I. Mich. Petri Prividiensi et R. D. Nicolao Marikovszky; Solnae 5 et ultra annis sub tutela R Steph. Krus-

Digitized by Google

pier; iterum in patria sub Balthasare Demiani, Martinopoli sub R. D. Rohátsio, Tartzalini sub R. D. Steph. Miskolczino, Cassoviae ac denuo Solnae sub Joh. Nigrino, ultimo Vitebergae, ubi stipendio Palatinali vixit. Factus post reditum Scholae Prividiensis Rector 1613; ac 1615 Vetusolium ad similem provinciam administrandam vocatus, qua alumnus Thurzoianus Bitsam pro Conrectore ire debuit; an. dein 1617 liber pronunciatus, Minister Motaschitzensis, 1618 d. 8. Febr. ord., fit, unde Galgoczium ac porro Drjetonam concessit." Erat avus Danielis Krmann Superintendentis. Haec ex Protocollo Visit. Kalinkianae 1651 confectae, cujus Transumtum habetur in Bibliotheca Civium Pannonum Vitebergae existente.

24. *Nov.* Jacobus Dubovianus, Szelczensis. Filius haud dubie alterius Jacobi, 1577 d. 6. Nov. in Ministrum pagi Szelecz ordinati.

— — Daniel Cornides, Scepusiensis. Postea Pastor Ecclesiae Isacensis et circa 1634, XXIV Regalium Senior. Vid. Genersich l. c. II, 25. sq.

Anno 1611.

19. *Apr.* Martinus Rimanovius, Boczensis. Nomen Rimanovianum in protocollis Senioratus Gömöriensis, memorabile est. Erat scilicet Joh. Rimanovinus in Arce Murány Pastor et Tractus Murániensis, ad quem etiam Ecclesiae minoris Honth spectabant, Superintendens, qui Visitationem Ecclesiarum ad se spectantium peregit, atque protocollon vetustissimum inchoauit, quod ab ipso Rimanovianum adpellare solemus. Nonne Martinum ejus filium fuisse, atque Johannem, ante administratam Murániensem ecclesiam Boczae, ubi Martinum genuerit, munus praeconis sacri gessisse, conjiciendo dicere liceret? Ratio tempo-

Digitized by Google

rum id omnino admittit vel eo magis, quod illo tempore et Boczäe et Muránii sacra germanico idiomate peragere moris fuerit.

25. *Apr.* Michael Kauffmannus, Handlovianus Pannonius.

Rectore Daniele Sennerto, Med. Doct.

Nov. Michael Crajka, Novilikot. Pan.

— — Caspar Capriny, Jeszenoviensis Pan. qui 1642 d. 9. Jan. legibus Fraternitatis Kishontanae, qua Minister Coronobányensis subscripsit. Prius aliquam Neogradiensem Ecclesiam rexit. Hic enim 1635 legibus fidem dedit, sed nomen Ecclesiae, cui praefectus fuit, non adposuit.

— — Andreas Pogmer, Novisoliensis.

— — Thomas Brosz, Schemnitziensis.

Rectore Jacobo Martinyi, Logices Prof.

Anno 1612.

Maj. Georgius Stephanides Littiensis Pan. Fuit post reditum Cantor Teuto-Liptsae, ab an. 1614 d. 25. Jun. Diaconus ibidem, postea Minister Klenoczensis, qui qua talis legibus Fraternitatis Kishontanae an. 1617. 19. Apr. subscripsit, ultimo Minister in Bobot annis 26, mortuus 1646.

— — Matthaeus Vietorius, Bzeniczensis. An. 1614. d. 5. Nov. ad Pastoratum Ecclesiae Vág-Beszterczíensis ordinatus. Caeterum in Protocollo Visit. Kalinkianae an. 1649 confectae, Vitebergae in Bibliotheca Civium Pannonum deposito reperio, eum etiam Trenchinii Diaconum fuisse, inde ad Pastoratum ad Kochanocz, ac porro Neczpallinum, evocatum.

— — Georg. Bajnok, Briznensis.

Joh. Bornagius, Briznensis. 1628 Rector Scholae Patriae.

Digitized by Google

— — Joh. Berger, Olsznaviensis Scepusius Vng. Natus patre cognomine, matre Susanna Vildneriana, studuit Olaszini sub Jacobo Schwartz, Leutsoviae sub Casp. Cramero, Tyropoli sub Joh. Fröhlichio, Wratislaviae Iglaviae. sub Joh. Georg. Ficklero et Vitebergae; factus post reditum primum Belae in Scepusio Rector, tum Diaconus R. Danielis Cornides, Ministri Isacensis, ordinatus a Zablero 1616. d. 26. Junii. Klein in Biogr. II, 293. in nota.

— — Stephan. Gönczius, Lindvensis Vng. Auctor est dissertationis: de usu Philosophiae in Theologia, quam Praeside Jacobo Martinyi, Vitebergae 1614. defendit, atque fratri suo Nicolao, Pastori Hegyfalvensi, Levensi et Szerediensi, simulque Superintendenti Trans-Danubiano, dedicauit.

Jun. Joh. Nagy, Berinus Hung.

— — Benedictus Sánta, Carolin. Hung.

— — Paulus Orvos, Surius Vng.

Jul. Valentinus Toperczer, Popradiensis.

Rectore Volfgango Franczio, Theol. Doct.

14. *Oct.* Daniel Paulinus, Prividiensis. Natus fuit patre Rev. Samuele, matre Barbara Fabriczy, in vico Nowssova dicto, educatus autem per Zarevuczky, Simeonem Basilium, Joh. Liczium, Melch. Caprinyi Bisztricii, per Valent. Plateanum, Nicolaum. Fidicinis Bitsae, per M. Joh. Georg. Fiblerium autem Iglaviae. Postea Cantorem Bitsae uno anno egit, unde Vitebergam expensis Ill. Palatini adiit. Redux, fuit primum circa 1616 Banoviczii Rector. Exacto hic quinquennio, aulicus viduae Georgii Thurzó in arce Arva Concionator factus. Klein l. c. I, 459. II, 508.

Digitized by Google

— — Nicolaus Molitoris, Thurocz. Hunc qua Rectorem Scholae Veterosol. inducit Rezik in Gymnas.

Anno 1613.

Hungari partibus et Dogmatibus Helvetiorum addictiores in hac Vniversitate inde ab an. 1592 rariores, eandem prorsus deseruerunt, Matrica etiam hungarica secum asportata in Hungariam, teste Lampio in Hist. Eccl. p. 331. E contrario venerunt Vitebergam sequentes:

15. *Jan.* Georg. αρουει. Est haud dubie Martinus Ardt, Georgio-Montanus, post reditum in patria Rector, postea Diaconus ad latus Patris 1616. d. 3. Dec. ordinatus. Vocabatur procul dubio Georg. Mart. Ardt. Caeterum est etiam alter Georg. Arvensis, Baschko quoque dictus, qui 1633 ad aliquam Ecclesiarum Gömöriensium delatus, legibus subscripsit.

— — Joh. Óváry, Vng.

19. *Jun.* Mich. Soproni.

22. *Jun.* Casparus Baer.

25. *Jun.* Mart. Samsondi.

— — Casp. Florian, Comarinus.

— — Steph. B. Szánky.

21. *Sept.* Steph. Potyondi.

— — Steph. Lossi, Saladinus. Vitebergae existens, respondens defendit sub Jacobo Martini disput. logicam XIII. de argumenti dialectici inventione et sede, 1. Maji 1614, dedicauitque Comiti Paulo Nádasdy, Mich. Zwonarits, Sárváriensi tum Ministro et vicinarum Ecclesiarum Seniori, atque Jacobo Mockio in aula fati Comitis Praeceptori.

Digitized by Google

Rectore Joh. Wanckelio, Art. et Phil. Prof.

Anno 1614.

14. *Maj.* Michael Nudoschorides, Carponensis, hic mortuus.

25. *Maj.* Casp. Szúnyogh de Jeszenicze, L. B. in Budetjn, Dominus in Beckow et partium Fileck etc. Erat filius Moysis Szúnyogh, qui 1610 in Synodo Solnensi aderat. Majores suos praeclaris facinoribus aequavit. Videantur, quae de eodem, qua supremo Gömöriensium Comite, in Hist. Comitatus ejusdem ven. patris mei p. 741 scripta sunt.

14. *Jun.* Isaacus Lányi, Thurocz. Erat filius Eliae Lányi Superintendentis, ac frater Zachariae et Gregorii, qui scientia et eruditione insignes gradum Magisterii consecuti sunt. Officia et labores ejus exponit Klein l. c. II, 323.

— — Petrus Zvana, Oedenburgensis Pannon.

25. *Jul.* Martinus Damascenus, Eperiesiens. Studuit is in patria sub M. Joh. Bocatio et Melchiore Rohátsio, postea Cassoviae et Banoviczii, ubi Eliam Ursinyi ducem sectatus est. Banoviczio in Rectorem Szeniczium vocatus, hic non diu substitit, sed Cassoviam ad studia redux, breui Varanum in Rectorem evocatus discessit, ibique annum moratus est. Hinc per Eperiesienses Vitebergam missus. Redux Eperiesini Cl. Rect. Joh. Cosmani collegam egit, atque demum ibidem Ecclesiae Hung. Minister factus a Zabelero ult. Febr. 1618 est ordinatus.

23. *Aug.* Tobias Beiglerus, Eperiesiensis.

— — Jeremias Luczius, Briznensis. Rezik in Gymn. eum Esaiae Luczii pastoris Neosoliensis filium fuisse, atque 1617 Scholam Teu-

Digitized by Google

to-Liptsensem, postea Veterosoliensem, rexisse, scribit.

3. *Sept.* Paulus Randlerus, Bakabanyensis.

17. *Oct.* Leonhardus Wagner, Bartphensis. Filius erat Jacobi, olim Várallyensis atque Cibiniensis, postremo Bartphensis, Ministri et Annae Haidt, natus 1580. Studia in patria sub Alex. Szoczovini et Martino Veigmanno, Thoruni atque Vitebergae didicit, ex qua 1616 redux factus, anno sequenti Rector Scholae Bartphensis in loçum Veigmanni, ac post officium isthoc annis 14 gestum, Pastor ibidem fit, ordinatus a Zabelero festo Matthiae 1633.

21. *Oct.* Samuel Bartoschovitzius, Veterosol. Haud dubie filius Joannis Bartosovitz, quem Rectorem Scholae Veterosoliensis fuisse, Rezik in Gymn. testatur.

Rectore Balthasaro Meisner, Theol. Doct.

Anno 1615.

28. *Mart.* Nicolaus Neostadiensis, Pannon.

22. *Apr.* Daniel Weinsperger, Cassoviens.

Rectore Valentino Guil. Forstero, I. V. D.

18. *Maj.* Raphael Martius, Kesmark.

25. *Maj.* Jacobus Glatzius, Bartphensis.

1. *Jul.* Georg. Paludinus, Nicopol. Pan.

27. *Jul.* Emericus Thurzó de Bethlehenfalva, liber ac haereditarius Comes de Árva etc. Erat filius Georgii Pro-Regis, patre dignissimus, de quo videndus Schmal in Advers. et Klein in Biogr. II, 205. Orationes ab eo, tempore gesti Rectoratus, habitae, atque patri Georgio Thurzo

Digitized by Google

dedicatae, una cum programmate eadem occasione scripto, Vitebergae 1616 typis in 4. excusae sunt, sub titulo: Rectoratus Academicus, i. e. Orationes, quas Comes Emericus Thurzó de Árva etc. Rector hactenus Academiae Vitebergensis etc. officii causa publice habuit.

— — Franciscus Armbruster, Nob. Vng. prioris Aulae Praefectus.

— — Georg. Thurchányi de Eadem, Nob. Vng.

— — Steph. Daróchy, Nob. Vng.

2. *Oct.* Benedictus Bakay, Cassoviens.

Rectore Emerico Thurzó.

31. *Oct.* Joh. Lochmannus, Neosoliensis. Erat is filius Matthiae Lochmanni Senioris, cujus meminit Schmal in Vita Superintendent. Eliae Lányi, eumque ab istó, ob suspicionem Photinianismi, ex conversatione Joh. Moschovini contractam, castigatum scribit. Idem affirmat, hujus Joh. Lochmanni, uti etiam patris ejus Matthiae, autographas litteras, per Hungariam collectas, ultra bis mille e Hungaria etulisse Rotaridem. Caeterum noster iste Johannes redux, primum Rector Trenchiniensis, postea Pastor Ecclesiae S. Michaelis, ac postremo Németh-Liptsensis apud Liptovienses erat, teste Kleinio l. c. II, 424, 510.

21. *Dec.* Franciscus Paczoth de Beoky, Vng. Baro in Nagy-Tárkány. Discessit 1617, ac discessurus dixit publice orationem in laudes Hungariae, typis expressam.

Anno 1616.

14. *Febr.* Joh. Osztrosith de Gyletincz, L. B. in Illava. Videatur de eodem Schmal in Advers. Cap. VIII. et Horányi l. c. II, 711. Egit etiam

Digitized by Google

de hoc insigni viro Rezik in Gymn., dum de Schola Illaviensi scriberet.

— — Paulus Szenotei, Nob. Vng.

— Joh. Ledeczky. Existimaverim esse Jeremiam Ledniczky Trenchinio Powazajensem, qui successu temporis Senator Leutsoviensis fuit, et teste Vallaszky in Consp. Reip. Litt. in Hung. edit. postr. p. 225. citharam Tranoscii multis slavicis hymnis auxit.

Rectore Ambrosio Rhodio, Med. Doct.

6. *Maj.* Gregorius Lányi, Thurocz. Filium Eliae Superintend., fratrem Isaaci, Danielis et Zachariae fuisse, jam superius monuimus. Redux dignitate Magistri ornatus, Rectorem Scholae Bitsensis, tum 1620 Concionatorem in arce Arvensi, Rajeczii, atque circa 1634 Vetusolii egit: Vtroque munere etiam apud Briznenses fungebatur usque 1651.

14. *Maj.* Joh. Simplicius, Prividiens. qui patrem Johannem, fratrem vero Matthiam habuit, alumnus Comitis Stanislai Thurzó, Vitebergae, ac ex ea rediens Rector Scholae Galgoczensis fuit.

6. *Jun.* Christoph. Ledvesch, Herrngrunderus, cujus vitam Klein l. c. II, 352 exponit. Fuit Eperiesini Rector, ac postea Pastor in Berthot, 1625 ordinatus.

13. *Jul.* Jacobus Kottaj, Pan. Erat patria Muraj-Szombathiensis. Antequam exivisset Scholam Szerediensem rexit. Redux 1618., d. 10. Oct. in Concionatorem C. Georgii Széchy Sopronii per Reverendis. Nicol. Göncz ordinatus est. An. 1621. ex arce Murány transiuit ad Balog, 1632 electus in Seniorem Fraternitatis Gömöriensis, 1635 Cassoviam migrauit, in Pastorem Vngaricum evocatns.

Digitized by Google

7. *Oct.* Jeremias Soputius, Varnensis Pan. qui sequentibus vitam suam complexus est: „Ego I. S. discipulus M. I. Hodickii Rectoris Gymnasii Bitsensis, munificentia Comitis Georg. Thurzo Regni Hung. Palatini, Vitebergae biennio studui. Redux constituor Gymnasii Bitsensis collega, et deinde per Comitem Emericum Thurzo in Ecclesiam Hritsoviensem Pastor collocor, ord. Bitsae a M. Joh. Hodickio 3 Dec. 1619."

Rectore Leonhardo Huttero, et hoc + Ambrosio Rhodio, Phil. Prof.

15. *Nov.* Michael Chmellius, Pan. Ex iis, quae de se occasione ordinationis suae adposuit, adparet, eum natum esse patre Michaele VDMinistro Teuto-Liptsensi, matre Catharina Rozowych, educatum vero in patria sub Mich. Chalupka, in Szucsan sub Daniele Draco, Dobromelitzii in Moravia sub Georgio Sartorio, Hunno-Brodae sub Elia Bergero, iterum Teuto-Liptsae sub Sim. Basilide Bartarti, Trenchinii sub Nicolao Kalinka, Bitsae sub Martino Sculteto, Semptinii sub Mart. Veigmanno, Cassoviae sub Joh. Colmitio, Moschoviae et Solnae quadriennio sub Johan. Ritschio, — hoc praeceptore ejus Schemnitzium evocato, electum Solnae in Con-Rectorem ea conditione, ut evoluto semestri sumtibus oppidi Vitebergam expediretur, id quod et factum; reuersum exinde ecclesiam fautorum suorum turbatam invenisse, ei igitur pro accepto beneficio inservire nequivisse, sed vocatum a Com. Emerico Thurzo Bitsam in Prof. Logices et Poëseos, vocationem acceptasse, ibique breue post tempus in Diaconum ab Ill. Comite electum, ab Elia Lányi 19. Juli 1618 ordinatum fuisse. — Ex Diaconatu hoc transiuit postea Martinopolim in Ministrum, hinc autem circa 1626 Illaviam, unde

Digitized by Google

1636 Briznam, ubi et mortuus est, atque liberos reliquit, aliud vitae genus secutos.

19. *Nov.* Jacobus Fautor, Sopronienses.

Anno 1617.

24. *Apr.* Georg. Roth, Novisol.

Rectore Reusnero.

18. *Jul.* Nicolaus Matula, Galgochinus Vng. Hunc Ribini Memor. I, 423 Nicolaum Galgoczinum adpellat, eumque librum Concordiae in hungaricum idioma transtulisse, ac 1619 Comiti Paulo de Nádasd, cujus sumtibus Vitebergae studuit, dedicavisse refert. Agit de eo Rezik quoque et Matthaeides in Gymnasiologia, describens Scholam Csepreghiensem.

Rectore Daniele Sennerto, Phil. et Med. Doct.

20. *Aug.* Valentinus Czechius, Dilnensis Vng. Erat filius patris ejusdem nominis, 1581. d. 21. Febr. Vitebergae in Ministrum Dilnensem ordinati. Klein I, 481.

12. *Nov.* Joh. Frider. Poggius, de Fahendorf, Schemnitz.

15. *Nov.* Casp. Pühlerus, Novisoliens. Hung. Post reditum factus est aulicus Concionator in Murán, ut ex subscriptione patet, qua 1624 legibus Fraternitatis Gömöriensis fidem dedit. Isthinc ad Ecclesiam Duboviensem ad Granum, ac porro abinde Neosolium transiit, ubi an. 1630 jam erat.

25. *Nov.* Andreas Matthaei, Teuto-Liptsensis.

Anno 1618.

25. *Apr.* Daniel Hodickius, Thurocz. Natus patre Rev. Balthasare, matre Verona Hadik, studuit Tót-Prónae, sub. Hum. Jacobo Pa-

Digitized by Google

nok, Galgoczini sub Tobia Ratsov, Bitsae sub M. Joh. Hodickio per 3 annos, Illaviae sub M. Paulo Müllero annis 2. An. 1616 contulit se Pragam, usus Praeceptoribus M. Joh. Campano, D. Joh. Chassonio, Daniele Blasio et aliis. Tandem regimen Scholae ad aedem divi Castuli Pragae suscepit, unde munificentia Com. Casp. Illesházy Vitebergam promotus est, ubi sesqui annum exegit. Redux rexit Scholam in Radvány et Trenchinii, cui postquam duobus et dimidio annis praefuisset, Ecclessiae Modrensi praeficiendus, ordinatus est a Hodickio Sup. fratre suo Bitsae d. 15. Jun. 1622.

— — Zacharias Lányi, Thurocz. Redux Scholae Bitsensi, Trenchiniensi atque Banovicensi praefuit, factus postea in locum Joh. Hodickii Pastor et Superintendens, confirmatus 17 Mart. 1642. Schmalius in Vit. Superint. scribit filium ejus Zachariam ultimum fuisse Scholae Banoviczensis Rectorem.

Rectore Augusto Buchner.

5. *Maj.* Casp. Bergerus, Nob. Olaszi-ensis.

4. *Sept.* Daniel Vidos, Cassoviensis.

3. *Oct.* Daniel Dubravius, Solnensis. Ejus, quippe suo tempore Superintendentis, vitam et fata vide in Schmal Hist. Superintendentum.

Rectore Volfgango Franczio, Theol. Doct.

Anno 1619.

14. *Apr.* Fridericus Fleischer, Schemnitz.

20. *Apr.* Jacobus Spiglerus; Carponensis. Post reditum Pastor Teuto-Pronensis, et Contubernii ejus Senior, teste Schmalio atque Rezikio in Gymnasiologia.

28. *Apr.* Valentinus Veresch, Modrensis.

Digitized by Google

Rectore Luca Beckmanno, I. V. D.

29. *Jun.* Franc. Németh, Leuco Vng. Usus est in patria Leutsouia institutione Caspari Crameri, Eliae Ursinyi et Stanislai Horleri. Viteberga Bartpham in Con-Rectorem evocatus fuit, unde post 4 Menses in Ministrum Spörendorffensem, d. 3 Nov. 1624 ordinatus, transiit. Subsequo tempore Leutsoviae Ministrum egit, ibique 1667 mortuus est. Vid. Rezik. Gymnas. in vita Joh. Kemmelii.

25. *Aug.* Valentinus Tindelius, Cremnitz. Vng.

5. *Oct.* Timotheus Lowcsányi, Soliensis Pan. De hujus patre ejusdem nominis vid. supra ad. a. 1592.

— — Mich. Sinapius, Beczkoviensis. Natus fuit patre Rev. Joh., matre Barbara Stolarowy. Studuit in patria, Moschoviae sub Thoma Francisci annis 3, Bitsae sub M. Joh. Hodickio, et hoc ad Ministerium promoto, sub Nicolao Molitoris, et huic surrogato M. Isaco Lányi, atque Vitebergae munificentia Com. Emerici Thurzo-Redux, fit Ecclesiae Bitsensis Diaconus, ordinatus a M. Joh. Hodickio Bitsae 4. Septembris 1620, quo tempore et libro Concordiae subscripsit. An. 1637. erat jam Pastor Ecclesiae Hritsoviensis, et qua talis subscripsit legibus anno eodem Solnae. 1631 Szucsanium concessit; 1640 in Seniorem electus, 1653. d. 13. Oct. vitam cum morte commutauit. Vitebergae edidit dissertationem de intellectu et voluntate 1619. in 4.

Rectore Volfgango Schatler, Phil. et Med. Doct.

12. *Nov.* Mich. Corvinus, Schemnitz.

Digitized by Google

Rectore Reinholdo Franckenberger, Hist. Prof.

Anno 1620.

27. *Maj.* Absolon Bohèmus, Crimbniczensis Hung.

28. *Maj.* Stephanus } Zwonarits, Sár-
— — Georgius } várienses Hung.

Erant filii Michaelis Superintendentis. Stephanus factus est postea Pastor in Czenk, Georgius vero fuit aliquamdiu Paedagogus familiae Botthyán. Klein II, 529. Ediderunt conjunctim Postilla patris sui.

16. *Jun.* Joh. Cebnerus, Bartphensis.

31. *Jun.* Mich. Veliczenus, Pannon.

— — Clemens Klein. Vir hic, cujus quidem nomen in Matricis academicis haud reperiimus, hoc anno exiise videtur, secundum ea, quae de eo Klein, unus ex ejus posteris, in Biogr. II. 291. sq. refert.

Rectore Balthasaro Meisnero, Theol. Doct.

Anno 1621.

10. *Jan.* Joh. Halsius, Schemniczienses.

9. *Apr.* Daniel Sturmius, Leuco Pan. patre Martino Leutsoviensi Ministro, matre Barbara Janossiana natus. Absolutis in patria sub Casp. Cramero, Elia Ursino, et Stanislao Horlero studiis, iisque 1619 Stetini in Pomerania, et 1621 Vitebergae confirmatis, ad Mühlbachensem Ecclesiam d. 3. Aug. 1624 ordinatus est a' Zablero. Rezik in Gymnasiologia eum prius Docentem ad Scholam Cremniczensem fuisse, asserit.

— — Fridericus Breslerus, Leuco Pan.

28. *Apr.* Caspar. Schererus, Bartphens.

Rectore Gregorio Nymano, I. V. D.

20. *Oct.* Franc. Zobás, Petri Vng.

Digitized by Google

— — Benedictus Pastoris, Bihari Vng.
— — Mich. Pastoris, Balai Vng.

Anno 1622.

1. *Apr.* Joach. Vnger, Soproniensis. Fuit dein Pastor in patria. Klein II, 170.

Rectore Joh. Avenario, I. V. D.

8. *Maj.* Martinus Ciba, Theyfalvi Nob.

23. *Maj.* Samuel Chalupka, Teuto-Liptsensis. Patrem habuit Sigismundum Komnatensem apud Liptovienses Ministrum, matrem Elisabetham Glosz. Studuit inprimis Bitsae sub Laniis, ubi M. Gregor. Lányi post quinquennium eum choro praefecit. Vitebergam munificentia Com. Georgii Thurzo adiit, ex qua rediens fit collega Scholae Bitsensis, et anno 1627. d. 7. Jan. ordinatus Diaconus ibidem. Fuit postea Pastor in Alsó-Kubin, et simul Senior Contubernii Arvensis, postremo circa 1642 Minister Ecclesiae Trnowiczensis apud Liptovienses, simulque Notarius. In Alsó-Kubin existens scripsit: Threnos domus Gazithianae, 1631. Edidit etiam Tractatum Slavicum sub titulo: Krátička Zpráwa, o spasytedlné, w rechto posledných časých, w kterychžto vstidla Láska, a rozmohla se neprávost, welice potřebné Otázce: muželi, a powinenli ge Kněz, dobrym swedomjm, člowěka nesmjřeného, k vžjwánj wel. Swátosti? 1651 impressum. Item 1663 in memoriam consortis per Tartaros abductae, sed tamen ex Valachia liberatae, libellum sub titulo: Wandrowka, aneb Putowánj prežalostné Kozyny Puchalky, Samuele Kalupky Manželky Trenchinii 1664 typis excusum.

— — Georg. Haiszky, Thurocz. Natus patre Georgio, matre Christina Germanus, postquam studia sua manuductione cel. virorum Nicolai Fidicinis, Joh. Krmanni, Zach. Flotwende-

lii

Digitized by Google

lii et Zach. Lányi in Gymnasio Bitsensi terminavisset, atque Viteberga, ubi sumtibus Com. Elisabethae Czobor vixerat, rediisset, primum Scholae Prividiensis Rectorem, postea Ecclesiae Kameniczensis Pastorem egit, ord. per M. Joh Hodickium Superintend. 12. Febr. 1626. Transiit hinc 1630 denuo Prividiam.

— — Joh. Duchon, huc referendus videtur. Is enim 1624 duplex epigramma in Metaphysicam exemplarem Joh. Scharffii 1625 primum in 8. editam scripsit, atque jam tum Poëta laureatus fuit. Idem Duchon 1632 Docentem Scholae aut Ecclesiae Neosoliensis egit, quod iterum ex alio epigrammate, quod manu sua certo libro inscripsit, patet. Erat vero is, teste Gymnas. Rezik. filius Joh. Duchon, Pastoris Kvacsanensis apud Liptovienses, natus 1596 d. 21. Jun. Patrinos habuit Florianum et Melchiorem Duchon, illum Teuto-Liptsensem Pastorem, et Contuberniii Liptoviensis Seniorem, hunc Ecclesiae Marcivillanae Ministrum.

Rectore Jeremia Reusnero, I. V. D.

Anno 1623.

23. *Maj.* Mich. Lanius, Pannon.

11. *Aug.* Jonathan Thann, Cassov.

10. *Oct.* Steph. Gyarmathinus.

— — And. Litterati.

Rectore Daniele Sennerto, Med. Doct.

Anno 1624.

5. *Jan.* Joh. Zabelerus, Leutsoviensis Vng.

Rectore Conrado Carpzovio, J. V. D.

Anno 1625.

22. *Jul.* Georg. Lycius, Trenchiniensis. Erat post reditum Trenchiniensis, Galgoczensis,

Digitized by Google

ac post an. 1630 Cassoviensis Scholae Rector. Klein l. c. II, 14. not. 8.

— — Joh. Szeredi, Sárosiensis. Edidit hoc anno Vitebergae dissertationem de bonis operibus. Redux factus est Scholae Eperiesiensis Rector.

Rectore Volfgango Schaller, Phil. et Med. Doct.

20. *Dec.* Severinus Sculteti, Alnoviensis. Haud dubie Matthiae Sculteti, Diaconi Alnoviensis, postea Pastoris Ochtinensis, filius.

Rectore Georg. Vincklero, Phil. et Med. Doct.

Anno 1626.

Jul. Joh. Windisch, Leutsov. Patrem habuit Paulum, Civitatis Consulem, matrem Frider. Visnerin. Reducem, primum Con-Rectorem in Gymnasio patrio 1632, postea post sesqui annum Rectorem ibidem fuisse, 1643 Pastorem Várallyae constitutum et eum in finem III. Adv. a Zabelero ordinatum, Klein I, 449. sq. perhibet.

Rectore Godofredo Reuter, I. V. D.

Anno 1627.

Jul. David Fröhlich, Kesmark. An filius Joannis Fröhlich, an. 1591 ad Ecclesiam Szalokiensem in locum patris sui Gregorii ordinati (de quo vid. Klein I. 484) fuerit, prout in Syllabo Ordinatorum Vitebergae, quem ad manus habeo, scriptum exstat, ambigi potest. Davidis pater Joh. Fröhlich, Kesmarkensis Scholae Rector fuisse videtur, de quo Klein agit II. 410. not. 297. Noster David Poësi et Mathesi inclaruit, et Caesareus Mathematicus dici meruit. Scripta ejus recenset Klein loc. c. et Horányi Mem. I. 725. Genersich exposuit vitam ejus l. c. II, 9.

17. *Aug.* Daniel Lányi, Thurocz. Insignis iste Vir fuit Eliae Lányi Superint. juxta

Digitized by Google

Schmalium, juxta Genersich vero l. c. II. 175 Danielis Lányi Pastoris Hajeczensis, qui frater erat Eliae, filius. Quae de eodem Klein II, 324. scripsit, magna epicrisi egent. Cum enim 1627 Vitebergam adierit, hinc redux, 1599 Scholae Mossoviensi praefici non potuit. Notandum etiam, eum Carponam vocatum ab an. 1636 — 1637 Slavorum Pastorem egisse, hocce an. vero Galgoczium transivisse, inde Neosolium 1657. mense Decembri delatum, 1665 mense Novembri diem obiise. Labores literarios Klein loc. cit. recensuit, et Horányi Mem. Hung. II, 462.

— — Jonas Hadik, Rajeczens. Patre Tobia, matre Barbara Buriani natus, prima literarum fundamenta sub manuductione Pauli Lowcsányi et Matthiae Platani posuit, Grammaticam sub Joh. Zitky didicit, reliqua studia Bitsae sub M. Zacharia Lányi et Sam. Chalupka Con-Rectore percoluit. Vitebergae annis duobus, sumtibus Com. Casp. Illesházy vixit, unde redux Con-Rector Banoviczensis constituitur. Elapso semestri fit Rector scholae Solnensis, ac post biennium Trenchiniensis, in qua moderanda 4 annos exegit. Postea, ad Ecclesiam Predmeriensem vocatus, ordinatus 11. Mart. 1636 per M. Joh. Hodickium, 1642 erat Banoviczensis Pastor, unde an. 1645 Trenchinium transiit, mansitque usque 1647, atque interea etiam Senior Contubernii fuit.

17. *Aug.* Josephus Alauda, Leutsov. Redux in patria Conrectorem egit, postea Senator Vrbis factus est. Plura vide in Klein lib. c. I, 499.

Rectore Gregorio Nymanno, Med. et Phil. Doct.

Anno 1628.

22. *Mart.* Gabriel Piscator, Banoviczio Gradnensis. Erat post reditum Aulicus in

Digitized by Google

Murán. Talis subscripsit legibus Contubernii Gömöriensis 1630. Subsequo tempore Tót-Liptsae Ministrum et Contubernii Soliensis Seniorem egit. Candidatus quoque in Superintendentem est, an. 1652. Vid. Ribini I, 489.

— — Andreas Mayer, Montano-Badinus. Redux in Hungariam Jolsvae scholam 1630 rexit. An. 1631. d. 14. Oct. jam qua Pastor Rahoviensis legibus Fraternitatis Kishontanae subscripsit. An. 1637 erat in Klenocz Minister, idemque Contubernii Senior, prout in Matrica Fraternitatis Kishontanae notatum exstat. Hinc revocatus est 1645 Jolsuam. Contubernio etiam diu praefuit, atque hic 1659 mortuus est. Vid. Hist. Ecclesiae Alnoviensis, in Annal. Schemnitz. 1795. Tom. II, 865 sq.

Rectore Erasmo Schmidt, Theol. Doct.

5. *Maj.* Sebastianus Krügerus, Cremnitz.

12. *Maj.* Samuel Péntekius, Carponensis. Michaelis Péntekii slauici Carponae Pastoris filius 1605, 28. Mart. ord. teste Matrica.

23. *Maj.* Joh. Prellerus, Eperiesiensis.

24. *Maj.* Joachimus Golczius, Igloviensis. Joachimi Golczii, Senioris 24 Regalium et Pastoris Igloviensis, de quo Klein I, 44. filius. Vitam ejus exposuit idem Klein II, 102. Addenda vero illis duo sunt: Golczium nostrum honoribus Magisterii ornatum domum rediise, atque ab an. 1633 — 1645 Rosenauiae Teutonibus a sacris fuisse.

7. *Aug.* Andreas Günthnerus, Kesmark. Pater ei fuit Jacobus; mater Spes. Studuerat in patria sub Davide Praetorio, Francofurti et Vitebergae. Redux Ministrum in patria, circa an. 1630 Maldurensem, ac ultimo Olasziensem, simulque 24 Regalium Oratorem egit. Ex Hunga-

Digitized by Google

ria rabie adversariorum pulsus, Stralsundae manebat, mortuus ibidem 1667. Klein I, 103. Patrem alterius Andreae, ad an. 1654 notati, fuisse, hic addere placet.

Rectore Jacobo Martini.

10. *Nov.* Petrus Sculteti, Ochtinensis Hung. Erat haud dubie Matthaei Sculteti, Ochtinensis an. 1603 Ministri, filius.

Anno 1629.

29. *Apr.* Joh. Fabinus, Popradiensis, qui Pastor in Sperendorff, a quodam Rákocziano Satrapa globo trajectus, mortuus est. Klein l. c. II, 293, in notis.

Rectore Henningo Brossen, I. V. D.

28. *Sept.* Christianus Marthius, Posoniensis.

Rectore Daniele Sennerto, Med. Doct.

25. *Oct.* Basilius Kalmanthei, Legradino Pan.

Anno 1630.

18. *Mart.* Petrus Zablerus, Lewtsov. Erat filius Petri Zableri, Senioris ac Superintendentis.

Rectore Wilhelmo Leysero, Theol. Doct.

Anno 1631.

17. *Jun.* Nicolaus Zwonarich, Sárvárino Hung. Filium fuisse Michaelis, Pastoris in Sárvár et Superintendentis Transdanubiani, fratrem autem Stephani et Georgii, dixerim.

— — Steph. Letheney, Vng. Haud dubie Stephani Letheney 1609 adducti, ejusdemque Superintendentis, filius, post reditum Scho-

Digitized by Google

lae Rector in Sárvár. Qua Senior Ecclesiarum transDanubium et Pastor Csepreghiensis occurrit subscriptus in Agendis Hungaricis 1650 Samariae recusis. Horányi tribuit ei opus Leonhardi Hutteri de Fidei fundamentis ungarice redditum, 1635 Csepreghini excusum.

14. *Apr.* Joh. Büringerus, Posoniens. de quo vide relationem Kleinii I, 126.

Rectore Augusto Buchnero, Poëseos et Eloquentiae Professore.

Anno 1632.

19. *Sept.* Georgius Frendelinus, Eperiesiensis.

Rectore Conrado Carpzovio, I. V. D.

Anno 1635.

16. *Sept.* Samuel Cramerus, Leutsov. Filius haud dubie Pauli Crameri, cujus 1602 fit mentio.

Rectore Daniele Sennerto, Med. Doct.

20. *Dec.* Andreas Horváth, Perényiensis. Post reditum Scholae Trenchiniensis et Eperiesiensis, ultimo Cassoviensis, Rector, ubi etiam dissertationem scripsit: de Omnipraesentia Christi τȣ̃ λόγȣ, Bartphae typis Jacobi Klösz 1650 impressam et Formanno, germano Cassoviensi Ecclesiastae, cum aliis dedicatam. Reliqua ejus scripta recenset Horányi II, 156. Klein I, 8. sq. II, 425. Ribini I, 500. Addenda tamen his est disputatio ex articulo XIV. Aug. Conf. Vitebergae sub praesidio Jacobi Martini habita 1637.

— — Georg. Budach, Sandariensis Hung.

Digitized by Google

Anno 1636.

7. *Febr.* Mart. Tzuka, Georgiopolitanus. Dictus est etiam Tzuchius, egitque Concionatorem hungaricum in Murány, 1640 in Fraternitatem Gömöriensem receptus.

— — Steph. Deselwics, Jaurinensis Hung. Erat Georgio Széchy Comiti in Arce Murány a Concionibus, qui Kegelii precationes et meditationes hungarice redditas 1639 Leutsoviae publici juris fecit.

Rectore Joh. Scharffio, Theol. Licent.

7. *Oct.* Joh. Georg. Kiebstein, Semp.

Anno 1638.

20. *Apr.* Martinus Spillenberger, Gölniczio Pan. Erat filius Davidis, Pastoris in villa Valachica in Scepusio, frater autem Samuelis Medici. Martinum nostrum sedem fixisse in Pomerania testis est Klein II, 245.

25. *Apr.* Joh. Jacobus Klokovius, Semproniensis.

Rectore Vilhelmo Nigrini, Theol. Mor. Prof.

16. *Maj.* Casparus Pilglerus; Posoniensis.

Rectore Joh. Hülsemanno, Theol. Doct.

10. Andreas Groschius, — — Christianus Jentsch, } qui ob aetatem ad juramentum admissi non sunt.

Jentschius postea honoribus Magisterii condecoratus rediit, teste Kleinio I, 135.

— — Joh. Kutschera, qui 1640 rediens Rector Scholae Rosenbergensis factus est. Ribini I, 497. et Klein. II, 263.

— — Elias Schmiddeg, de quo Klein II, 355.

Digitized by Google

Rectore Conrado Victore Schneider, Phil. et Med. Prof.

Anno 1642.

18. *Mart.* Andreas Fitkovinyi, Bathensis Vng. Natus patre Egregio Andrea, matre Juditha Vesterik, incolis Bathensibus. Studia tractauit in patria sub Andr. Mayr, Veterosolii sub Joh. Bartoschovitz et Tobia Fabriczio, Bartphae sub Joh. Wagnero, Sempronii sub Luca Valla, Posonii sub M. Joh. Tischenbach, S. Georgii sub Mothichiade, et Banoviczii sub M. Georgio Lányi, M. Joh. Kirchero, et M. Alexandro Hodickio. Vitebergae sumtibus C. Casp. Illesházy biennio et quinque mensibus vixit, ubi disputationem „de justifica tione" edidit. Redux, fit opera ejusdem Comitis Banovicii Conrector, unde post biennium fere Prividiam transiit, ab hinc autem Illaviam in Diaconum vocatus, ordinatus est a Joach. Kalinkio Illaviae 18. Maj. 1648. Schmalius in Hist. Sup. Sect. I. Cap. I. not. I. adpellat eum Fitkonidem, atque in Ecclesia Hajensi apud Thuroczienses pastorem fuisse testatur.

Rectore Christoph. Nottnagelio, Mathes. Prof.

7. *Oct.* Joh. Urbányi, alias Tuchmacher, Caesareopolit.

Rectore Augustino Strauchio, I. V. D.

Anno 1643.

10. *Jul.* Matth. Langius, Sempronienſis. Hujus vitam et scripta recensuit novissime Klein I, 176 et sq. Ribini Mem. I, 494: eidem accenset etiam disputationem de Spiritu ab infinito et finito abstracto, 1644. Vitebergae typis vulgatam.

Digitized by Google

Rectore Joh. Erico Ostermanno, Graec. litt. Prof.

Anno 1644.

6. *Maj.* Daniel Kletschius, Igloviensis, ob aetatem civis absque juramento deposito factus est. Fata et acta ejus a pluribus sparsim recensita, in unum congesta apud Klein l. c. I, 157. sq. et 208. legi possunt. Vid. etiam Horányi II, 363.

— — Bartholomaeus Busseus, Leuco Pan. absque juramento civis factus.

Rectore Joh. Hülsemanno, Theol. Doct.

23. *Oct.* Hiob Zablerus, Leutsov. cujus vitam descripsit Klein l. c. I, 499.

— — Martinus Tarnóczy. Cum 1651 d. 23. Mart. ad Ecclesiam Újhelyiensem per Joach. Kalinkium Sup. ordinaretur, testatus est, natum se patre Egregio Andrea, matre Catharina Felicis, incolis Beczkoviensibus, educatum in patria sub Jeremia Rokossino, Újhelyini ad Vagum sub Jona Piscatoris, Jaurini sub Josepho Szanovini, Posonii sub Tischenbachero, Rajeczii sub Paulo Nostitio, ac Leutsoviae annis 4 sub Paulo Windisch, Vitebergae annis 4 moratum, atque honore Magistri condecoratum, reducem vero primum anno uno Szenicii postea duobus Trenchinii Rectorem fuisse. Reliqua vero ejus fata et acta Klein II, 495 enarrat.

Rectore Christoph. Vacke, I. V. D.

Anno 1645.

6. *Jun.* Christoph. Melchioris, de Zuanna, Sempron. Mansisse eundem Vitebergae usque 1648, ex carmine patet, quo Matthiae Lang, eodem anno dissertationem de Deo trino et uno in se considerato edenti, applaudebat.

Digitized by Google

6. *Jun.* Mart. Pfeiffer, Bartphensis. Vid. Klein I, 250 sq.

— — Georg. Cramerus, Sempronien-sis.

31. *Jul.* Joh. Noscovinus, Várallyio Hung. Klein II, 174 Michaelem adpellat, eumque Felkensem Pastorem fuisse testatur.

Rectore Nicolao Pompejo, Mathes. Prof.

Anno 1646.

4. *Maj.* Marcus Melchioris de Zuanna, Semproniensis.

Rectore Godofredo Svevo, I. V. D.

Anno 1647.

17. *Jun.* Georg. Pochius, Semproniensis. Scripsit epigramma in dissertationem Matthiae Lang. Vid. Klein lib. c. I, 181.

25. *Jun.* Christoph. Kletschius, Igloviensis. Vitam ejus enarauit Klein I, 153. sq. scripta praeterea recensuit Horányi II, 360. Erat frater Danielis ad an. 1644 notati.

29. *Jun.* Joh. Cottai, Cassoviensis. Erat haud dubie filius Jacobi, de quo ad ann. 1616 scripsimus.

2. *Nov.* Mich. Höhörus, Novisoliensis.

— — Tobias Engel, Belensis Scepusius. Patre Martino Diacono t. t. Belensi natus, studuit in patria, Thoruni, Vratislaviae, Vitebergae. Redux Olaszini Cantor factus, breue post tempus Leibiczii sub Pastore Matthaeo Vito Diaconus constitutus, 1669 ordinibus sacris initiatus est. Fuit idem Vir etiam Pastor Schmögnensis, et qua talis legibus Fraternit. Sup. fluvii Poprad 1653. 19. Nov. subscripsit. Vid. Matricam.

Digitized by Google

Rectore Andrea Sennerto, Orientalium Linguarum Professore.

Anno 1648.

23. *Maj.* Georg. Gaudi, Vgrocz. Pan. Scripsit teste Kleinio I., 126 Pentadem quaestionum ethicarum 1652 defensam, atque eam popularibus, quorum tum 28 Vitebergae erant, dedicauit.

Rectore Guilhel. Leysero, eodemque mox mortuo, iterum Sennerto.

28. *Oct.* Valent. Perach, Capronicze-nus Pan. Patre Georgio, matre Margaretha genitus, in studia incubuit loco natali, sub Hier. Sztankovianszky, Bartphae 1630 sub Leonh. Wagnero et Daniele Matthaei, Cibinii sub Thoma Meritavino, Újhelyini sub Laurent. Gallovicio; Berzeviczii sub Joh. Gazitio, Tót-Prónae sub Jo. Bogár, Posonii sub M. Helgenmayero, Cremnitzii sub Joh. Büringero. An. 1643 fit Tót-Prónae Cantor, et 1645 scholae ejusdem Rector, cui stationi post annum valedicendo, Brigam, inde Vitebergam, concessit. Hinc 1651 Várallyium in Rectorem evocatus est, unde 1657 Schemniczium transiit, sed revocatus iterum Várallyium, fit 1665 Olaszini Diaconus, ord. 24. p. Trinit. a Wagnero.

27. *Nov.* Wolfgangus Artnerus, Sempronienſis.

Rectore Jeremia Reusnero, I. V. D.

Anno 1649.

1. *Jun.* Joh. Gobius, Tót-Prónensis. Factus est SS. Theologiae et Medicinae Doctor, sed Vitebergae an. 1679 mortuus.

— — Georg. Simonides, Tót-Prónensis.

Digitized by Google

15. *Jun.* Daniel Neckl, Teuto-Prónensis. Fuit aliquamdiu Collega ad Scholam urbicam Vitebergae, postea 1672 Archi Diaconus Cremnitzensis, eodem anno exilio mulctatus. Klein II, 436, not. 315.

— — Joh. Schwartz, Semproniensis. Conatus ejus literarios exponit Klein II, 436.

1. *Sept.* Zacharias Kalinkius, Rosenberg. Liptov. Joachimi Kalinkii, postea Superintendentis et Susannae Corvini filius. Postquam studia in patria, sub Joh. Lányi, Jeremia Pilarik, et Joh. Duraeo, Csepreghini sub Andr. Pernay, Posonii sub M. Joh. Hagemayero, Cremnitzii sub M. Joh. Büringero, Teuto-Prónae sub Jeremia Pilarik, et Leutsoviae sub Rev. Mich. Lazio per triennium tractasset, eademque Vitebergae triennio confirmasset, atque ornatus dignitate Magistri domum rediisset, Scholae Prividiensi praeficitur, promotus inde post biennium in Ministrum Cassensem, in qua statione an. 1656 d. 12. Martii diem obiit supremum. Qua Lycei Prividiensis Rector, opposuit an. 1654 Monacho Bonaventurae Hocquardo Disputationem de Transsubstantiatione, respondente Joh. Habermanno habitam, excusam typis Laurentii Benjamin ab Hage, Trenchinii. Dedicauit eam Steph. Thoekeli de Kesmark, Emerico ac Julio Szunyogh de Jeszenicze, ac Senioratui Arvensi. Ex dedicatione patet, eum illo tempore ex Schola praefata in Parochiam Cassensem transivisse. Egit de eo pluribus Kezik in Gymnasiologia, dum Docentes Scholae Prividiensis describeret.

6. *Oct.* Steph. Francisci, Solnensis Hung. Defendit sub Joh. Meisnero Syntagmatis Himmeliani Disput. 24. de Justificatione. Nonne vero hic idem est cum eo, qui subsequo tempore Harhoviensis in Scepusio Pastor, ac fratrum

Digitized by Google

Senior fuit, quive Georgii Zabognjk Superintend. libellum precationum et cantionum slavonice in 12. impensis Annae Ujfalussy, Georgii Ujfalussy de Divék-Ujfalú filiae, dedicatum Leutsoviae 1686 teste Schmalio edidit? Caeterum distinguendus erit ab altero hujus temporis Steph. Francisci, qui nimirum an. 1659 in Diaconum Illaviensem ordinatus Lischovinum Honthensem se scripsit. Praeter hos est adhuc alter, hujus temporis, istius nominis Vir, scilicet Pastor in Oláh-Patak, Fraternitati Gömöriensi an. 1657. 17. Apr. incorporatus.

11. *Oct.* Joh. Hrabszky, Radvanio Soliensis. Redux in patriam scholae Modrensis Rector factus est, de quo Vallaszky in Consp. reip. lit. edit. ult. p. 222. Fuisse eum ex membris societatis litterariae an. 1655 Lipsiae conflatae, in Hist. Latinae linguae a Joh. Adamo Webero 1736 in 8. edita legere licet. Eum Rezik Hradszky adpellat.

Rectore Conrado Victore Schneider, Phil. et Med. Doct.

Anno 1650.

9. *Mart.* Casparus Janosch, Schwedler.

Rectore Mich. Wendler, Theol. Licent.

4. *Maj.* David. Spillenberger, Leutsov. Natus patre Samuele Medico, de quo superius ad an. 1592 egimus. Videndus de eo Klein II, 247. cui addendum: Spillenbergerum hunc ad an. 1672 non tantum Medicum ordinarium, sed et Judicem Leutsoviensium fuisse. Ita enim ipse scripsit, dum an. eodem nuptiis Ioh. Bayer Ecclesiae Várallyiensis Pastoris applauderet.

31. *Aug.* Jesaias Fabriczius, Teuto-Liptsa Liptov. Pater ei Martinus Ecclesiae Pribiliensis Minister, mater Catharina Zarkovicz erat. Studia didicit Teuto-Liptsae sub Andr. Grelnejeto

Digitized by Google

annis duobus, Solnae sub Joh. Augustini itidem duobus, quem et Banoviczium sequutus erat, postea Neosolii sub M. Joh. Gracza aeque biennio, tum Dantisci sub Calovio sesqui anno, et Vitebergae. Redux, postquam duobus annis Scholae Rosenbergensi praefuisset, ab Ecclesia Nicopolitana ejusque Ministro Samuele Tranoscius in Diaconum vocatus, ordinatur a Kalinkio Illaviae d. 6. Jan. 1655.

19. *Sept.* Joh. Hanzelius, Brizna Pan. Erat haud dubie Matthiae Hanzelii Rectoris Scholae Briznensis filius, cujus Dissertatio, de natura mentis affectionum in genere, respondente Petro Roszjár an. 1663 defensa prostat. Noster Joannes factus est Neosolii Rector; cujus labores recenset Ribini II, 140. Eosdem libros Klein I, 397 Hanzelio quidem Rectori Neosoliensi tribuit, verum hunc Nicopolitanum Liptoviensem adpellat. Videatur de eo etiam Vallaszky in Consp. reip. litt. p. 196.

19. *Sept.* Joh. Georg. Graff, qui ex his nostris Catalogis excidit, huc collocandus videtur. Consulendus de eo Klein I, 94 sq.

Rectore Joh. Scharffio, Theol. Doct.

Anno 1651.

6. *Mart.* Georg. Schneller, Semproniensis.

1. *Maj.* Godofr. Langius, Cremnitz. Ad juramentum ob aetatem admissus non est.

Rectore Christiano Taubmanno, I. V. D.

9. *Maj.* Georg. Fabriczius, Solnensis Vng. Patrem Thomam Ecclesiae Priuidensis Ministrum, matrem Justinam Czepcsényi, venerabatur, educatus in patria sub Nicolao Milochovini, Újhelyini ad fluv. Lisnam sub Bogario, Cibinii sub Joh. Rezii, in Gymnasio Brigensi in Sile-

Digitized by Google

sia sub Joh. Luca annis duobus, atque Vitebergae, ubi tamen sumtibus destitutus non diu morabatur. Redux Scholae Moschoviensi annis duobus cum dimidio praefuit, vocatus inde in Diaconum Solnam, ordinatus a Kalinkio Illaviae 22. Oct. 1655.

— — Joh. Milochovinus, Solnensis Vng. Erat is Nicolai Milochovszky Diaconi et Pastoris Solnensis filius, post reditum vero primum Tót-Prónae Rector, tum in Belesány in Comitatu Nitriensi Andreae Pugza in Ministerio successor, ordinatus d. 10. Dec. 1657. Vide MSS. Rotarid. Vol. IV. in 4. Isthinc Radvanium eum transivisse dixerim, ubi ad an. 1669 Ministrum, simulque Contubernii Solnensis Notarium egit, uti patet ex Dissert. quam super articulo de Ecclesia Joh. Rezik scripsit et defendit; Radvanio Briznam commigrauit, Dav. Lányi Superattendenti successor datus. Mansit vero Briznae usque 1673, quo Posonium cum aliis citatus in exilium abiit. Abiit autem in Saxoniam, atque hic 1678 libellum slavicum, sub titulo: Ozdoba Wrchnosti swečské, Senatui et ciuibus Briznensibus dedicatum, Dresdae edidit. Rediise post exilium in patriam Schmalius in Adversar. ad ductum Hiobis Trusii, in scripto sub titulo: Statua in perennem Mnemosynam Exulum Hungariae 1687 edito, perhibet. Post reditum Briznae substitit, ibidemque 1684 d. 25. Jan. ex petechiis mortuus est.

— — Christoph. Lang, Rustensis. Edidit 1654 disputationem de Testamento Davidico ex 2 Sam. 23. Vitebergae impressam.

24. *Maj.* Philippus Heutschius, Várallyio Vng. Biographiam ejus dedit Klein I, 123. sq. qui vero in eo, simul cum Schmalio, errat, quod eum Topscha Cassoviam evocatum asserit. Etenim Topscha 1661 Matthaei-villam, inde post

Digitized by Google

octennium Menhardivillam transiit. Hinc 1674 cum Diacono simul in exilium pulsus fuit, dein 1681 Cassoviam evocatus est. Vid. Hist. Superintendentum a me concinnata, ubi haec authenticis testimoniis confirmata sunt.

28. *Jun.* Samuel Serpilius, Caesareoforensis. Redux in patriam 1653 Diaconus Leibiczensis factus fuit. Vid. Matr. Ord. a Martino Wagnero Superintendente. An idem sit cum Samuele Rosenaviensium Pastore, affirmare non audeo. Iste 1705 legibus Fraternitatis Gömör subscripsit.

— — Leonhardus Fabini, Cibinio Hung. quem Docentem in Schola Eperiesini egisse ex Kleinii Biogr. I, 50 colligi potest.

27. *Sept.* Christoph. Löhner, Novisol. Vitam ejus et acta Klein I, 210. et II, 436. descripsit.

11. *Oct.* Andreas Zaszkaliczky, Arvensis. Natus in Zaszkal pago Comitatus Arvensis, patre provido Martino, matre Anna Valer. Litteris in Alsó-Kubin, Nicopoli, Csepreghini trans Danubium, Solnae, Schemniczii et Cremnitzii sub Matthia Raksányi operam navabat, ac hujus sui Docentis svasu Vitebergam adiit. Post reditum Scholis Nicopoli apud Liptovienses, Újbányae, Puchoviae, et Teuto-Prónae praeerat, unde in exilium missus, per sesqui annum privatus vixit. Tandem ad Ecclesiam Hrichoviensem vocatus, 1662 est ordinatus. Erat postea etiam Pastor in Újhely ad Kiszuczam 1683 introductus, sed mox per adversarios expulsus.

— — Elias Sartorius, Neosol. Pan. An eum, qui circa an. 1680 Jolsvae Rectorem egit, dicere debeam, dubito.

Rectore Michaele Sennerto, Med. Doct.

11. *Nov.* Elias Ladiver, Thurocz. Filius fuit senioris Eliae Ladiver, eo tempore Solnen-

nensis Ministri et Annae Fataky. Infantiae primordia Banoviczii, progressus Prividiae, adolescentiam Solnae, sub institutione Joh. Augustini et Joh. Graffii, item Leutsoviae sub Mich. Lazio, juvenilem aetatem Posonii sub Joh. Heydelmeyero et Joh. Amos Comenio, in studiis transegit. Consummato Erfurti et Vitebergae biennio redux, Scholam Solnensem sex, Bartphensem quinque annis rexit, unde ad Ecclesiam Teplensem in Comitatu Liptoviensi promotus 20 Febr. 1667 Illaviae a Joach. Kalinkio est ordinatus. Vitam ejus compendio descripsit Klein I, 156; cui vero addendum: Ladiverum intra 1673 et 1680 aliquo tempore Pastorem in Ecclesia Evangelica Taxoviensi apud Kishontanos egisse. Videatur de eo etiam Vallaszky in consp. p. 239.

Anno 1652.

9. *Mart.* Georg. Vörös, Modrensis.

— — Zacharias Roscher, Schemnitziensis.

30. *Mart.* Joh. Josephus Danielis, Schemnitziensis. Ipse, dum in Ministrum ordinaretur, sequentia de se scripsit: „Ego — — natus sum viro nobili Balthasaro Danielis, Urburario Schemnitziensi, et Elisabetha Hoffmanninn. Studui primum domi sub M. Petro Leonhardi Rectore, dein annis duobus Elbingae in Borussia, sub M. Mich. Mylis, Dantisci sub Abrah. Calovio, Progelanae, et post tres annos ibidem expletos Vitebergae. Redux exacto biennio, vocor in pastorem Bozokiensem et Rohoniczensem, atque Banoviczii a Joach. Kalinkio 1655. d. 14. Febr. ordinor." Notandum vero est, hunc Joh. Joseph. Danielis, aliis Joh. Joseph. Davidis audire, eique disputationem an. 1652 sub praesidio Joh. Andr. Quenstädt habitam, de Babylone Apocalyptica sonantem, adtribui.

Digitized by Google

31. *Mart.* Steph. Mitis, Puchovia Pan.
— — Melchior Gärtner, Schemnitziensis.

Rectore Christiano Trentsch, Log. et Metaph. Prof.

5. *Maj.* Joh. Pasztochius, Hybbensis Vng.

8. *Maj.* Joh. Hadikius, Trenchiniensis. Natus Patre Jona, de quo ad an. 1627. t. t. Rectore Scholae, postea Ministro Ecclesiae Trenchiniensis ac Senioratus Seniore, matre Elisabetha Crispini, Mich. Crispini, VDMinistri Solnensium, filia. Solnae, Trenchinii, Banoviczii, Posonii atque Leutsoviae, Cremnitziique Parentum, Lipsiae autem et Vitebergae annis tribus Comitis Illésházy sumtibus ex expensis studuit. Redux, non ex integro triennio Scholae Illaviensi praefuit, ex qua ad Ecclesiam Melcsiczensem vocatus, ipsa feria decollationis Joh. Baptistae, Illaviae per Kalinkium ordinibus sacris initiatus est. Ex Melcsicz per Franc. Nádasdy ejectus, Nagy-Szalatnensibus apud Solienses suam addixit operam, a quibus postea ad Zaj-Ugrotz transiit. An. 1673 in exilium migravit, sepulchrumque Hamburgi reperiit.

24. *Maj.* Georg. Reiszius, Tót-Prónensis Vng.

3. *Jul.* Casp. Hain, Leutsov. qui an. 1660 primum Rector Scholae Leutsoviensis postea Senator Ciuitatis erat. Vid. Ribini II, 141. Carminis lugubris in obitum M. Christoph. Bohemi Pastoris Leutsoviensis ab eo confecti meminit Klein I, 18. II, 59. qui vero eum patria Cassoviensem scripsit. Mortuus est 1687.

3. *Sept.* Theodorus Pinnerius, Novisol. Hung. Filius Joh. Pinnerii, Pastoris Neosoliensis.

Digitized by Google

15. *Oct.* Joh. Langius, Cremnitzensis Hung. Filius haud dubie alterius Joh. Lang, Cremnitzium an. 1626 in Ministrum ordinati.

Rectore Joh. Meisnero, Theol. Doct.

25. *Nov.* Valentinus Perénius, Koszoghino Hung. Post reditum in patria Ludirector.

Anno 1653.

5. *Apr.* Tobias Crellius, Igloviensis Scepusius.

— — Georg. Viszliczenus, Puchovia Hung.

29. *Apr.* Michael Marchwardt, Cremnitz.

Rectore Godofr. Svedo, I. V. D.

10. *Maj.* Georg. Hrabszky, Rajeczensis. Hunc Klein M. Joh. Hrabszky adpellat, atque 1654 sub Praesidio M. Danielis Tiefftrunk disputasse testatur II, 506.

28. *Maj.* Matthias Wurbicz, ex Argentariis Schemnitz. Hung.

3. *Jun.* Joh. Christoph. Scholtz, Semproniensis.

6. *Jun.* Georg. Klein, Scepusiensis.

1. *Júl.* Michael Czapko, Bartphensis. Pater ei Georgius, Ecclesiae Kutsinensis V. D. M. erat. Postquam studia Bartphae sub Casp. Seyfrid, Dan. Matthaei atque Andrea Graffio, Eperiesini sub Elia Splenio et Richardo Günthero, ac Leutsoviae sub Joh. Windisch tractasset, Docentem Kesmarkini ac postea Bartphae egit. Hinc munificentia Bartphensium Thorunum, Dantiscum atque Vitebergam commigrauit, unde revocatus, primum Bartphae Conrector, dein vero in Ecclesia Reichvaldensi Minister constituitur, ordinatus a Wagnero 20. Martii 1661.

Digitized by Google

— — Paulus Kraj, qui, uti prior, sumtibus Bartphensium studuit, fuitque cum eodem 1655 revocatus. Vid. Klein II, 443.

23. *Sept.* Joh. Beyer, Eperiesiensis. Vitam ejus (utinam leniori calamo!) descripsit Klein I, 7. sq. Honorificentius de eo scripsit Horányi in Mem. Hung. I, 150 et in Cont. Mem. I, 358. Ribini eum auctorem conditi Collegii Eperiesiensis facit. Omnes, etiam culpando, magnum fuisse virum, ostendunt.

7. *Oct.* Esaias Lang, Dobschensis.

Rectore Augusto Buchnero, Human. Lit. Prof.

Anno 1654.

2. *Jun.* Johannes } von Hellenbach,
— — Joh. Christoph. } Schemnitzienses.

Duo isti haud dubie fratres, filii erant Jeremiae de Hellenbach, cujus qua Camerae Cremnitziensis Rationum Moderatoris, atque sui patroni, cujus sumtibus in Academiis studuerit, mentionem facit Matthias Lochmannus, dum 1661 nomen suum in matricam ordinatorum inscriberet. Alteruter horum edidit Vitebergae 1656 Orationem pro Hungaria, item 1658 Manipulum Quaestionum Logicarum.

16. *Jun.* Joh. Sixtus, Briznensis. Hunc equidem non Sixtum, sed Sextium esse dixerim, filium Petri Sexty senioris, fratrem vero junioris, factum postea Pastorem Carponensem, sub decennali divexatione exilio mulctatum, ea finita in patriam reducem, auctorem libelli contra Georgium Lányi sub titulo: „Animadversionum theologico-historico criticarum in Narrationem Captivitatis et Liberationis M. Georg. Lányi" - - - nimis rigide scripti.

3. *Jul.* Paulus Bollobradenus, Boluschko, Pan. Erat 1663 Gymnasii Trenchiniien-

Digitized by Google

sis Rector, ut patet ex disputatione, anno eodem habita, et sub titulo: „Disputationes Philosophicae, de subjecto Physicae," ab ipso luci publicae exposita.

8. *Jul.* Matthias Christophori, Crombach. Hung. Erat filius Pastoris Krumbachiensis in Scepusio, qui itidem Matth. Christophori audiebat. Sedem et mansionem delegit Vitebergae, qua in urbe postea Senator factus est, cui Christoph. Daniel Klesch libellum Pilczianum de excidio Topschensi editum, dedicauit. Qua scriptorem inducit Horányi in Cont. Mem. I, 650.

29. *Aug.* Adamus Gyergk, Schemnitz.

— — Antonius Fellner, Schemnitz.

30. *Sept.* Joh. Popradius, Belensis Hung. Qua Rector Scholae Vánallyiensis inducitur in Gymnasiol. Matthaeidessiana.

Rectore Andrea Kunado, Theol. Doct.

6. *Oct.* Andreas Günthner, Kesmark. Studuit praeterea Jenae, ubi anno 1658 Magister factus est; fuitque post reditum primum Diaconus Olaszini ad latus patris, tum Kapusztafalvae 1668 Pastor, ex certamine litterario cum M. Daniele Kleschio non ignotus. An. 1672 jam in exilium Kapusztafalua actus, applaudebat nuptiis Joh. Bayeri, cum Maria D. Sam. Pomarii filia celebratis. Klein I, 103.

Rectore Henrico Coselio, I. V. D.

Anno 1655.

5. *Maj.* Paulus Galli, St. Georg. cujus ossa in exilio Dresdae contumulata esse asserit Schmal; vivi autem meminit Klein II, 437.

— — Matthias Lochmannus, Teuto-Liptsensis. Filius erat Joannis Pastoris 1637 Teuto-Liptsensis, anno 1658 ab Andrea Günthnero, Pastore Ecclesiae Olasziensis, et Senatu, in Re-

Digitized by Google

ctorem Scholae revocatus, ejusdemque 15. Feb. introductus. Scriptores Historiae literariae hunc communiter Matthiam Lochmannum juniorem appellant, ad distinctionem avi ejus, quem seniorem dicunt, de quo Schmal in Vitis Superintend. I, 1 in nota refert, Neosoliensem fuisse, ac prius quidem Rectoratum Prividiensem, postea Szucsanensem et Moschoviensem Pastoratum gessisse.

18. *Jun.* Jacobus Günthnerus, Caesareopolitanus. Frater Andreae ad an. superiorem notati, filius alterius Andreae 1626 occurrentis.

17. *Jul.* Joh. Rudolphus Kegelius, Posan. Klein II, 438.

— — Abrahamus Pinerius, Novisol.

— — Paulus Kövesdy, cujus nonnulla fata et acta exponit Klein II, 437.

Rectore Conrado Victore Schneider, I. V. D.

5. *Oct.* Paulus Kunczius, Mega-Lomniczensis. Natus patre Matthia, matre Elisabetha, postquam studiis Iglouiae 1647 sub Tobia Pollucio, Vratislauiae, Thoruni, Regiomonti et Vitebergae operam navasset, ab Ecclesia Filckensi in Diaconum vocatus 7. Jan. 1657 ordinibus sacris est initiatus.

13. *Oct.* Joh. Kalinkius, Neosol. Scripsit Diarium Sempronicense hujus anni, quod MS. Rotarides possedit. Crediderim fuisse filium alterius Joannis 1620 in Comitiis Neosoliensibus equestri dignitate ornati, et poëtae laureati, 1640 Neosolii mortui.

Anno 1656.

5. *Jan.* Paulus Jacobus Melchioris de Zuanna, Sempromiensis.

Digitized by Google

12. *Febr.* Joh. Baptista Föglerus, Sempron.

2. *Mart.* Joachimus Erythraeus, Bela Scepusius. Vitam ejus descripsit Klein, I, 56 sq. 1668 interfuit qua Pastor Germanorum Leutsoviensis Synodo Cassoviensi sub Lieffmanno habitae. Scriptis ejus a Kleinio adductis adjungenda est dissertatio de Praedestinatione Vitebergae 1658 habita, et carmen, quo nuptiis Joh. Beyer Ecclesiae Várallyiensis Pastoris, 1672 applaudebat. Notandum vero est, eum proprie Rothium dictum fuisse, quod nomen cum graeco ἐρυθρᾶιος commutavit.

30. *Apr.* Joh. Christoph. Galli, S. Georgiens. Frater Pauli superius inducti.

Rectore Reinholdo Franckenbergero, Hist. Prof.

10. *Sept.* Joh. Gallikius, Rosenauiensis, cujus diss. Vitebergae defensa, prodiit 1658 sub titulo: „de nominali Entis protheoria." Klein I, 11.

Rectore Joh. Scharffio, Theol. Doct.

20. Philippus Czikius, Várallyiens. Erat Docens in Schola Schemnitziensi. Quae ediderit Ribini II, 137 recenset.

— — Georg. Sebastiani, Liptovia-Tepliczensis Vng. Patrem Christophorum, matrem Dorotheam habuit. Studia Gybbis sub Nicolao Veredario, Liptsae sub Andr. Grelnertzio, Cibinii sub Joh. Regio, Eperiesini sub Joh. Büringero et Sartorio aliisque absolvit. Vitebergam delatus bis ibidem publice disputauit, sub Andr. Kunado scilicet: de Conclusione Epistolae ad Galatas, et sub Balthas. Bebelio: de Effectionibus terrae. Redux 1660 Eperiesini apud Sartorium per triennium privatum egit informatorem, ac dein ad Ecclesiam

Digitized by Google

Radaciensem vocatus, 28. Martii 1665 a Wagnero est ordinatus.

Anno 1657.

6. *Apr.* Petrus Sextius, Briznensis. Haud dubie Petri Sexty senioris et Superintendentis 1634 mortui filius. Erat omnium primo Rector Briznae. Certe Joh. Dianiska 1667 ordinatus, sub eo Briznae studuit. Vid. Ind. Ordin. a Lieffmanno; postea ad an. 1663 in Ecclesia Teplensi, tum Neosoliensi, ante et post novennale exilium Vratislaviae toleratum, Pastor. Transiit 1684 Briznam, unde an. 1688 iterum in exilium migrauit. Postremo exulem Luborecsenses in Comitatu Neogradiensi 1690 in Pastorem adoptarunt, apud quos 1691, teste Matrica Contubernii, mortuus est.

Rectore Samuele Ritter, I. V. D.

26. *Maj.* Joh. Wittnyedi in et de Musay, Nob. Vng.

— — Joh. Losy, Nob. Vng.

19. *Jun.* Joh. Raphanides, Arvensis. Erat haud dubie Georgii, Pastoris Duboviensis ad Granum, cui Neosolii studens, juxta alios disputationem sub praesidio Eliae Kreichel Rectoris defensam, inscripsit, filius. Antequam Viteberga rediisset disputavit sub Praesidio Joh. Kunádi Theol. Doctoris: de bonis Operibus, quod scriptum 1659 in 4. editum Stephano Tököli dedicauit.

— — Elias Lachanosarcus, Dopschensis filius Michaelis, qui inter Pastores Topschenses occurrit, in Memorab. Prov. Csetnek. p. 150. Disputavit sub Beyero de Eodem et Diverso, Simplici et Composito. 1659.

19. *Jun.* Joachimus Mokoschinus, Teuto-Liptsensis. Is est, quem Schmalius in Advers. Alsó-Kubinensem non modo, sed et filium Leonhardi Mokoschini, fratruelem vero Martini

Digitized by Google

atque Thomae, Ecclesiae b. V. Mariae in Thurocz, Ministrorum fuisse, asserit. Nonne vero rectius filius alterius Joachimi dicendus esset, Rectoris Teuto-Liptsensis, teste Gymnasiol. Rezik. Cap. de Schola Teuto-Liptsensi? Ego praeterea Jacobi, ad an. 1707 Ecclesiae Neczpalliensis Pastoris, in Synodo Rosenbergensi ablegati, Patrem dixerim.

— — Matthias Stürzer, Neosol. Studuit sumtibus Vittnyedii; disputauit Vitebergae sub Bayero, ut Klein I, 10, 70 perhibet. Factus postea Neosolii in locum Joh. Heinzelii Rector. Plura de eodem Ribini II, 140 scribit.

— — Joh. Kemmelius, Leutsov. Fata et acta ejus recenset Klein I, 140. Horányi II, 313. Ribini II, 141.

— — Isacus Zabanius, Brodiano-Pan. Vitam ejus recensuere Klein I, 145. II, 349. Horányi in Mem. Tom. III. Czwittinger in Specim. et alii. Vitebergae 1658 de Gnomone scioterico, et saepius sub Beyero disputauit. Klein I, 10, 11.

— — Timotheus Grettnertius, Montano-Valensis.

27. *Jul.* Andreas Thann, Georgio-Montanus Scepusius. Erat primum Rector in patria, tum Minister Schmegnensis 29. Febr. 1666 ordinatus, et 9. Nov. ejusdem anni in fraternitatem superioris fluv. Hornáth receptus, de quo Matricula Fraternitatis haec habet: Judas factus est Apostata, fur et latro Fraternitatis.

6. *Oct.* Samuel Geley, Szikszovius.

— — Steph. Kerotseni, Vng.

Rectore Michaele Sennerto, Med. Doct.

7. *Dec.* Paulus Jacobus Reisinger, Sempron. Klein II, 438.

Digitized by Google

Anno 1658.

26. *Jan.* Joh. Hnilicznus, Rajeczena Hung. Dum Trenchinii litteris operam daret disputationem de Vniversalibus, praeside Paulo Belobrodano, respondens defendit. Vitebergae gradum Doctoris Philosophiae consecutus crebrius publice disputauit, scilicet praeside M. Joh. Bayero, de causa et causato, 1659; praeside Deutschmanno: de termino vitae fatali et non fatali, item de peccato Originis. Post reditum in patriam, Scholae Solnensis Rector factus, 1663 — de Lege Dei, cum in genere, tum in specie, respondente Steph. Höviczky nobili; 1663 de Homine et Imagine Dei, respondente Mich. Gobi; an. 1666 de Ministerio Ecclesiastico, respondente Matthaeo Piscatoris, disseruit. Anno postremum adducto, Diaconus Ecclesiae Solnensis ad latus Sam. Ladiveri designatus, et 25. Maji ordinatus est. Ex Diaconatu Solnensi exturbatum excepit Gymnasium Posoniense, ubi cum Correctore Georg. Lischovinio laborauit. Plura de eo non liquent.

— — Elias Jakisius, Solna Hung. Disputauit praeside Deutschmanno, de Ministrorum vocatione 1659. Klein I, 145. in not.

16. *Febr.* Christoph. Eckhard, Posen. Crediderim filium fuisse Christophori Eccardi, qui 1580 Rector Scholae Schemnitziensis erat. Noster ad an. 1666 Cassoviensibus Germanis a concionibus fuit.

19. *Febr.* Joh. Moldner, Neosol.

2. *Mart.* Joh. Nostitius, Solna Pan. Erat haud dubie Joh. Nostitii, Pastoris condam Velicsnensis et Bitsensis, de quo Schmal in Vitis Superint. S. 1. Cap. 1. filius; qui postquam in patria sub Joh. Kutsera Thoruni, Dantisci, in Academia Regiomontana, Rostochiensi, Jenensi, Li-

Digitized by Google

psiensi et Vitebergensi literas didicisset, primum Galgoczii, dein Bazingae, et ab an. 1662 Solnae Rector fuit, factus postea ibidem an. 1669 Diaconus, an. autem 1684 Pastor ordinarius, sed jam an 1687 exul, mortuus 1689.

10. Martinus Leutmannus, Teuto-Prona Hung. Fecit is publici juris Dissertationem de Nive, Vitebergae 1659.

Rectore Joh. Sperlingio, Prof. Physices.

13. *Mart.* Joh. Wittmannus, Horosio Pan.

5. *Jun.* Michael Vngerus, Német-Újvár Hung. Rediit dignitate Magistri ornatus, fuitque Rector Scholae Semproniensis, teste Czwittingero p. 395. Videndus de eo etiam Ribini, II, 129.

— — Matthias Rosnerus, Semproniensis.

— — Georg. Sommerkorneus, Modrensis.

5. *Jul.* Joh Ensel, e Semproniensi Comitatu. Studuit sumtu Vittnyedii teste Klein I, 70.

17. *Jul.* Joh. Heydenreich, Bartphensis. Putatur fuisse Rector Cibinii apud Sarosienses.

23. *Jul.* Joh. Lippischius, Bartphens. Erat vir hic primum Conrector, postea Senator Bartphanus, et Pater Danielis, qui Joh. Georgium genuit, Oratione, sub titulo „Thorunium Hungarorum litteris deditorum mater," edita notum.

1. *Aug.* Bartholomaeus Klein, Leibitzio Hung.

Pro-Rectore Mich. Sennerto, Rectore ordinario mortuo.

14. *Aug.* Matthias Höherus, Schennitz. Vita ejus legi potest apud Klein II, 222.

8. *Sept.* Steph. Fekete, Szeniensis Hung. Fata et acta memorabilis hujus viri plures

enarravere, praecipue Schmal in vitis Superintend. Ribini II, 105. Klein II, 152 seq.

Rectore Joh. Meisnero, Theol. Doct.

Anno 1659.

5. *Apr.* Joh. Pinnerius, Neosol. Filius patris cognominis Pastoris Neosoliensis ad an. 1610 adducti.

— — Samuel Quetonius, Thurocz. Disputauit sub Deutschmanno 1660 mense Aprili. Disputanti dedit adplausum Daniel Sinapius. Eum qua Rectorem scholae Velicsnensis, postea ad an. 1669 qua Pastorem Ecclesiae Libethensis inducit auctor Gymnasiologiae, dum Rectores Scholae Libethensis recenset.

— — Michael Schön, Teuto-Pronensis. Natus an. 1636 patre Elia, matre Rosina, in patria sub Jeremia Pilarik et Basilio Cruselio, Trnoviczii sub Paulo Porkoláb, Novisolii sub Elia Kreuchelio, Alexandro Carolo Curtio, atque Jobo Trusio, Schemnitzii sub Tobia Stephani, studia tractauit, quem et Leutsoviam vocatum eo sequutus est, inde autem Vitebergam commigrauit. Redux aliquamdiu apud Eliam Greschnerum priuatus vixit. Tandem 1662 Remetensis Cantor ac postremo 1663 Gölniczensis Pastor fit, ordinatus an. eodem 10. Febr. a Wagnero.

21. *Apr.* Georg. Lowcsanius, Neosol. Erat filius Elisaei Lowcsányi, patre Timotheo seniore, de quo ad an. 1592 scripsimus nati, ejusdemque civis Neosoliensis. Absolutis in patria studiis Vratislaviam abiit, inde Vitebergam. Redux in patriam in Alsó-Stregova Pastor factus, uno tantum ibi anno, dissipata ob metum Tartarorum Ecclesia, mansit, ac iterum ad patrem Neosolium rediit. Post annum Carponam pro germanico pastore abiit, mansitque ibi per sesqui an-

Digitized by Google

num. Tum Neosolium ad templum xenodochiale in locum Danielis Lányi evocatus est. Hinc post tres annos et dimidium, scilicet 1663 transiit Jolavam, unde circa an. 1670 ejectus, Nyustam delatus fuit. Quo Pastor Nyustensis in Kishonth cum Stephano Fidicinis, Pastore Rahoviensi, nomine et in personis Ministrorum Evangelicorum Kishontensium an. 1674 in Judicio Delegato Posonii stetit, ac cum Reversales subscribere nollet, Comaromium ad labores damnatus est. Isthinc religionem eum ejurasse hostes falso sparserunt. Nam subscriptis reuersalibus dimissus ad suam stationem rediit, ex qua an. 1682 Zólyo-Liptsam transiit. Mansit hic annis tribus, tenuitque templum et parochiam, postea in certa curia sacra peregit. Nec ibi teleratus contulit se Neosolium ad parentem. Manebat privatus per tres quadrantes anni, ac iterum templo Xenodochii Neoselii in locum Thomae Steller admotus, tribus arni quadrantibus sacra peregit. Anno 1688 per Commissionem Erdödyanam ademtis templis, apud parentes jam tertium delituit. Ex hoc exilio ad Cserencs evocatus est, unde ad Tamás in locum Joh. Schmizelii transiit, ubi mansit in pace annis undecim; sub turbis Rákoczianis Zólyo-Liptsam remeauit, hicque post annum et septimanas 20 mortuus est. Filium habuit Joannem Pastorem Lestensem, ex cujus calamo ista huc posita sunt.

— — Matthias Losinczerus, Neosoliensis.

Rectore Augustino Strauchio, I. V. D.

18. *Maj.* Daniel Sinapius, Thuroc. Pater ejus Michael fuit Szucsanensis Ecclesiae VDMinister, Fraternitatis Thurocziensis Senior. Redux ab an. 1663—1665 Scholam Alnoviensem

rexit. Transiit hinc Kövinium in Pastorem, ac iterum an. 1667 ad Ecclesiam Teplensem in Comitatu Liptoviensi, ac paulo post ad Radvanensem, ex qua exul factus Brigae substitit, ultimo Scholae Bajanoviensi in Polonia praefectus. Scripta, quae edidit, ven. Pater meus, in notitia Comitatus Gömör p. 431 seq. recensuit.

7. *Jun.* Joh. Vlricus de Franckenberg, Schemnitz.

27. *Jun.* Adamus Popradinus, Bela Hung. Schmal testatur, eum 1694 Leutsoviae, qua Archi-Diaconum, vitam cum morte commutasse, Jacobum Zahlerum juniorem successorem nactus. Vid. Klein I, 318. qui eum Popradium vocat.

— — Nicolaus Karancsy huc quoque ponendus videtur, quippe quem pluribus annis Vitebergae fuisse, ingenio, fortuna et eruditione valuisse, post reditum Paedagogum plurium praenobilium Virorum egisse, abdicato statu, certam Nobilem Virginem duxisse, atque sic infelicem factum esse, Rezik in Gymn. Rectores Hanusfalvenses exponens, affirmat.

— — Georg. Simonis, Várallyio Hung. Hunc eundem esset dixerim, qui alias Georg. Simonides dictus est, atque 1686 Rector Scholae Igloviensis nuptias celebrabat, teste Gymnas. Rezikiana. Ob tempora turbulenta maturius ducere non potuisse putarim. Literae ejus ad Lochmannum l. c. adductae, maturae aetatis sponsum testantur.

8. *Jul.* Martinus Gubitz, Schemnitz.

26. *Jul.* Augustinus Lazary, Caesareofor. Patrem Joannem Rectorem Rochsensem, Holomnicensem, ac postremo Toporczensem habuit. Studuit 1635. Rochsae, Bartphae ab an. 1648, — 1653. Igloviae, Vetusolii, et vel maxi-

Digitized by Google

ne Soproniii. Vitebergam delatus jam sequenti anno mense Octobri domum rediit, post triennium Olaszini Slavorum Concionator factus. Illinc 1664 Quintoforum transiit, et procedente tempore 24 Regalium Censor constitutus fuit. Sed jam 1669. mense Martio Pastoratum Quintoforensem cum provincia Diaconi Ecclesiae Slavonicae Leutsoviensis commutauit, ubi postea, qua Germanorum Diaconus, 1693 mortuus est. Vid. Klein I, 192 sq.

— — Andreas Roth, Bela Hung. Natus erat 1632 patre Simone, matre Martha. Studuit Leutsoviae, Posonii, Schemnitzii atque Vitebergae, unde redux aliquamdiu choro, dein Scholae Belensi, item Eremitanae, atque Matzdorfensi praefuit. Vocatus dein ad Ecclesiam Görliczdorfensem d. 29. Sept. 1683 a Philippo Heutschio est ordinatus.

14. *Sept.* Joh. David Lemberger. Schemnitz. gratis inscriptus.

28. *Sept.* Paulus Zarewuczius, Igloviensis. Matthiae Zarewuczii, Pastoris Igloviensis, et Catharinae Polani, filius. Prius adiit Lipsiam, postea transiuit Vitebergam; utrobique consumsit duos annos et dimidium. Erat postea Pastor Topschensis ab 1661—1666 et Rosenaviensis a 1667—1671, ibidem mortuus.

5. *Oct.* Nicolaus Vislicenus, Puchovia Hung.

— — Paulus Regius, Cibinio Hung. Erat 1663 scholae patriae Rector, teste Klein II, 372, an. 1669 factus Diaconus ibidem.

Rectore Marco Banzero, Med. Doct.

30. *Dec.* Joh. Fridelius, Sempronienis. Fata et acta ejus Klein enarrat II, 481. sq. Qua Rector Sempronienis scripsit: „Curriculum vitae Christophori Lakneri." Ratisbonne 1714 im-

Digitized by Google

pressum. 1712 vita grauis officio valedixit, 1719 mortuus.

Anno 1660.

13. *Jan.* Sebastianus Huppenberger, Höfleinio Hung. gratis inscriptus.

26. *Febr.* Melchior Geitner, Várallyiensis. Natus patre Georgio, matre Rebecca, 1640, studuit in patria sub Valentino Perak et Pauto Hanzelio, Schemnitzii, quo vocatum Perakium 1658 sequutus, tertiae Classi praefectus fuit. Redux, biennio Vitebergae exacto, 1663 Rector Matthaeivilleasis, 1667 autem Diaconus ibidem constituitur, ordinatus a Lieffmanno Cassoviae d. 5. Nov. 1667.

Rectore Christiano Nothnagel, Mathes. Prof.

4. *Maj.* Antonius Fellner, Schemnitz.

7. *Maj.* Andreas Richter, Baziniensis. Qua Pastor Újbanyensis et Contubernii Barsiensis Senior interfuit Synodo Rosenbergensi. Erat vero post reditum primum Rector Bazingae annis undecim, unde pulsus, in propriis aedibus S. Georgii habitabat, usque dum 1688 Schemniczium ad regendas Scholas, inde vero Újbányam in Ministrum vocaretur, ordinatus 29. Apr. 1704 Bartphae. Auctor est „ delineationis Concionis diaetalis ex Luc. X. „ quae 1705 impressa fuit.

— — Andreas Lánius, Rustensis Hung.

16. *Maj.* Casparus Schön, Eperiesiensis. Fata et acta ejus exposuit Klein II, 71. in not. 50.

21. *Maj.* David Güntherus, Kesmark.

19. *Jun.* Melchior Róth, Cassoviensis. Rectorem fuisse Scholae Leutsoviensis, qui circa an. 1690 mortuus sit, Ribin. II, 141. affirmat. Rezik in Gymn. scribit, eum prius Belae Pastorem egisse. Hac exulem factum Scholam Leutsoviensem, post octennem ejus desolationem, instaurasse,

Digitized by Google

rasse, postremo ad Ecclesiam Schvedleriensem evocatum, diem obiisse. Idem testatur Carmen nuptiale filiae ejus, Annae Mariae, Joh. Georgio Frühauff 1700 elocatae, confectum, anno eodem Leutsoviae in folio excusum. Auctor Carminis erat Joh. Nohaides Scholae Leutsoviensis tum Alumnus.

— — Joh. Breuer, Leutsov. cujus vita et acta recensita legi possunt in Horányi Memor. I, 349. ubi eidem nonulla scripta, et promotio artis typographicae tribuitur.

Rectore Casparo Zieglero, I. V. D.

Anno 1661.

6. *Maj.* Daniel Guilhelmus Müller, Poson. Polyhistorem hunc complures descripsere, ex quibus Jöcherus in Lexico ad hunc titulum, Czwittinger in Specim. p. 257. seq. Horányi in Memor. II, 628. Klein in Biogr. I, 162. 304. seq. nobis otium fecere.

6. *Jun.* Carolus Reyger, Posoniensis.

— — Christianus Pihringer, Posoniensis, de quo Klein I, 300 sq.

3. *Jul.* Josephus Seltenreich, Caesareoforensis.

11. *Sept.* Adamus Lazius, Kazensis Vng. Quae de hoc memorabili viro dici possunt, ea congessit Klein II, 329. sq. Ribini II, 150. Vallaszky in Conspectu p. 241. sq. edit. nov., et recentissime Genersich in Mem. Vrb. Kesm. II, 201. sq.

Rectore Conrado Vito Schneider.

Anno 1662.

2. *Apr.* Augustinus Serpilius, Caesareofor. Eum pastorem in urbe patria fuisse scribit Klein I, 59. et qua talem Synodo Cassovien-

Digitized by Google

si 1668 interfuisse Schmal testatur. Genersich II, 187. scribit, eum 1667 ad Holomnicz transivisse, unde in exilium actus, Bojanoviae in Polonia Minister evaserit. Filium habuit cognominem, 1704 Archi - Diaconum Bartphensem factum, ac 1710 peste mortuum.

Rectore Joh. Erico Ostermanno, Graecarum Litt. Prof.

11. *Jun.* Andreas Hieronymi, Kubiniensis. Redux fuit in patria Alsó-Kubinii Rector, ac 5. filiorum, Isaci, Jacobi, Andreae, Michaelis et Eliae pater, quorum postremus Musices bene peritus, inter Musicos Leopoldi Imperatoris cooptatus, Privilegium Nobilitatis in se et fratres suos deriuauit.

30. *Jun.* Georg. Dudary, Sárváriensis. Vixit Vitebergae annis tribus, mensibus septem. Disputauit sub Deutschmanno de votis Monasticis. Domum redux mox factus est Scholae Csetnekiensis Rector, cui per annum, et tantundem Eperiesini Convictoribus Nobilibus, praefuit. 1669 mense Jan. ad Ecclesiam Sárosiensem Nyári, teste matrica Superintendentiali, evocatus et ordinatus fuit.

— — Matthias Reberus, Thurocziens. Reberi inter montana Boczabanyensia, usque an. 1750 perennarunt. Hunc eorum antesignanum dixerim.

16. *Sept.* Simon Joh. Greincz, Poson. Edidit dissertationem de Conditione sine qua non. Viteb. 1663 in. 4. impressam.

10. *Oct.* Joh. Fridelius, Poson.

14. *Oct.* Nicolaus Scharföy, Soproniens. Abiturientem Viteberga Jeremiam Pilarik, vel potius ex Gryphica Academia, ad regimen Scholae Carponensis evocatum, ac ea occasione

Digitized by Google

1667 Vitebergenses, Lipsiacas et Francofurtanas Musas invisentem, carmine typis in 4. excuso, cum Sociis, Georgio Francisci Szalatnensi, Christophoro Parschitzio, Paulo Pfaff Teuto-Prónensi, aliisque comitatus est.

Rectore Joh. Andrea Quenstaedt, Theol. Doct.

20. *Oct.* Joh. Olmützer, Nob. Vng.

Anno 1663.

5. *Jan.* Ferdinandus Khien, Montano Novisol.

31. *Mart.* Jonas Henriczius, Rosenbergensis. Fuit postmodum Pastor Semproniensis, fors et Posoniensis. Klein II, 170.

16. *Apr.* Ludovicus Lucius, Cremnitziensis. Factus artium magister, Pastoratum Slavonicae Ecclesiae et Diaconatum Teutonicae Cremnitzii administrauit. Scripsit Tractatum: „de violenta, nec non fraudulenta - - - - in Hungaria persecutione, et benignissima ex eadem liberatione. Cremnitzii 1678 in 4." Fuit etiam Sorae in Lusatia Rector. Klein I, 432.

Rectore Christiano Klengelio, I. V. D.

5. *Maj.* Samuel Vencelius, Semproniensis.

11. *Jun.* Joh. Müllerius, Günsino Pannon. Postea Pastor Eperiesini et in Sóvár, cui Pomarius Hexadem disputationum etc. dedicauit, teste Klein I, 59.

18. *Jun.* Michael Ritthalerus, Modrensis. Redux factus est in patria Scholae Rector, qui an. 1667 legibus Contubernii Posoniensis subscripsit, teste Ribini II, 108. Scholam Modrensem rexit annis 7, dein exilium in Saxonia toleravit.

29. *Jun.* Nicolaus Beluszky, Beluscheno-Vng. Natus patre Georgio, matre Anna Kri-

Digitized by Google

ſani. Studuit Trenchinii, tum Eperiesini sub Joh. Büringero Rectore, et Joh. Sartorio Conrectore, annis 12, atque inde munificentia Domini Melchioris Keczer Vitebergam promotus fuit. Redux 1665 Sárosini Rector constituitur, cui officio postmodum valedicens biennio in priuato vixit, donec ab Ecclesia Rankoviensi in Ministrum vocaretur, atque a Lieffmanno mense Dec. 1668 ordinaretur. Vitebergae existens sub praeside Deutschmanno, de articulis Augustanae Confessionis caeremonialibus disputauit, quam disputationem in 4. 1664 typis excudi curavit.

— — Nicolaus Zarevuczius, Neocomio Vng. Erat is 1668 Conrector Bartphae; teste Kleinio I, 366. 368.

— — Bernhardus Krybalth, Solnensis.

21. *Sept.* Constantinus Lani, Kesmark. inscriptus gratis.

26. *Sept.* Paulus Rosperudmerus, Posoniensis.

17. *Oct.* Joh. Roth, Belensis. Frater haud dubie Andreae ad an. 1659 notati.

Rectore Christiano Augusto, L. B. a Friesen.

19. *Oct.* Joh. Cilikius, Töpliczio Vng.

2. *Dec.* Elias Augustini, Dubniczensis. Pater ei Joh. Augustini, Duboviczensis Minister, et Contubernii Trenchiniensis Senior. Illaviae sub Andrea Sartorio et Solnae sub Elia Ladivero studia didicit, quae Vitebergae triennio confirmauit, ubi simul sub praesidio Ludovici Luczii, de Ministerio b. Lutheri legitimo 1665 disputauit. Redux 1666, Scholae Moschoviensi, sequenti autem anno Illaviensi praeficitur, et post annum cum semestri Diaconus ibidem constituitur, ordinatus 3. Junii 1669. Quae scripserit, Horányi in nova Mem. p. 202 exponit.

Digitized by Google

Anno 1664.

12. *Mart.* Georgius Chladny, Montano-Valensis Vng. Hujus vitam dum Klein I, 26 exponit, frustra Trenchinii natum asserit. Erat pater Martini Chladenii, de quo infra.

— Georg. Francisci, Szalatnensis. Studuit sumtibus Steph. Vittnyedii. Carminis, quo Jeremiam Pilarik cum aliis comitatus est, jam fecimus mentionem. Scripsit praeterea Tractatum de Ubietate Vniversalium. Plura de eo Schmal habet in Advers. Cap. VII. et in Vit. Superintend., ubi ejus, qua Leutsoviensis Slavici Ministri an. 1701 mortui, mentionem facit.

2. *Apr.* Paulus Fischerus, Semproniensis.

Rectore Audrea Sennerto, S. Lingvae Prof.

6. *Jun.* Georg. Fridericus Magnus, Poson. Vitam ejus Czwittinger in Specim. p. 229. Horányi II, 540. Klein I, 444. descripsere et scripta recensuere.

21. *Jan.* Joh. Fabriczius, Arvensis, Phil. et AA. LL. Magister. Vir hic est, quem Klein I, 69. M. Joh. Fabriczium III. adpellat, vitam ejus exhibens. Qua Briznensium ab an. 1666—1667 Rector, ad ventilandum exposuit: 1.) Examen discursus P. Holovicii, quondam Academiae Tyrnaviensis Rectoris, respondente Melchiore Smrtnik, olim cive et Judice Neosoliensi. 2.) Dissertationem Theologicam: de unitate Sensus litteralis cujusque dicti S. S. — Vtramque hanc disputationem David Lányi Superattendens oppugnavit. Obiit Cibinii in Transylvania an. 1675, natus annos circiter 55. Egit de eo etiam Horányi I, 659.

Rectore Joh. Deutschmanno, Theol. Doct.

24. *Oct.* Matthaeus Koscha, Moscheviensis, gratis inscript.

Digitized by Google

13. *Nov.* Paulus Pfaff, Teuto-Prónensis, inter eos est, qui carmen in abitum Jeremiae Pilarik concinnatum luce publica donarunt.

Anno 1665.

10. *Apr.* Joh. Schnatzinger, Montano-Vallensis. Erat is in collegio Eperiesiensi Professor Grammatices, unde in Rectorem Scholae abiit, postea Pastor Ecclesiae ibidem factus. Klein II, 347. et 349. Vallaszky Consp. p. 242. Scriptis ejus a Kleinio lib. c. induotis addi debet: „Scrutinium profectuum Juventutis Scholasticae Olasziensis in publico examine d. 20 et seq. Junii 1669 institutum.

Rectore Guilhelmo Leyser, I. V. D.

27. *Jun.* Paulus Grosz, Kesmarkiensis. Erat post reditum Kesmarkini Pastor, cujus filius Andreas inferius occurret.

16. *Aug.* Christianus Sterrer, Posoniensis.

3. *Oct.* Joh. Wohlmuth, Rustensis.

6. *Oct.* Joh. Ketschau, Modrensis.

Rectore Joanne Strauch, Phil. et Med. Prof.

14. *Oct.* Thomas Steller, Szlabosino Pannonius, gratis inscriptus. Acta et fata memorabilis hujus viri omnes illi adtigerunt, qui in delineandis eorum Aug. Conf. addictorum Docentium vicissitudinibus desudarunt, qui an. 1674 coram delegato Judicio Posonii causam imputatae sibi rebellionis dixerunt. Vice et loco omnium sit Klein in Biogr. I, 396 seq. Vitebergae existens sub Abrahamo Calovio „de Spiritus S. gratiae aviditate et diversitate, seu de gratia Spiritus S. vocante, justificante et conservante," an. 1667 disputauit.

Digitized by Google

Anno 1666.

26. *Febr.* Samuel Breuer, Leutsoviensis.

Rectore Michaele Wendlero, Theol. Doct.

5. *Maj.* Georgius Figuli, Szeniczio Hung.

— — Paulus Major, Priuidia Hung. Disputauit sub Deutschmanno, de Ministerio Ecclesiastico ejusque effectu, anno 1667. Redux, atque Martinopoli apud Thuroczienses Rector constitutus, dissertationem: „de Principio Theologiae" conscripsit. Martinopoli Illaviam transiit, unde tempore decennalis persecutionis exilio mulctatus fuit. Redux deinde ab exilio 1683 ad Ecclesiam Cassensem accitus est, quam cum Nozdroviczensi ac post cum Puchoviensi commutauit. Certe, qua Puchoviensis Minister et Contubernii Trenchiniensis Consenior in Synodo Rosenbergensi 1707 adfuit. Sed Puchovia ejectus 1710 Nionicam abiit, ibi vita defunctus.

— — Christophorus Parschitius, Rosenbergensis. Insignis hicce et memorabilis vir, an. 1670 erat Conrector Schemnitziensis. An. 1672 in exilium migrauit, factus postea Sorae in Lusatia Rector. Scripta ejus recenset Horányi P. III. Videatur de eo etiam Ribini II. 138 seq. — Klein I, 77. vitam fratris ejus M. Dan. Parschitzii describens, hunc Rectorem Scholae Veterosoliensis, dein Cremniczienſis, ac postremo Soraviensis in Lusatia fuisse, testatur. Scripsit de eo Czwittinger quoque p. 295. Obiit Lipsiae et reliquit duo MSS., Historiae scilicet et Topographiae, quae 1689 se vidisse, Joh. Rezik testis est. Vide praeterea de eo Burch. Menckenium in Lexico Eruditorum P. II.

15. *Maj.* Matthias Gosnoviczerus, Leutsoviensis.

Digitized by Google

31. *Maj.* Joh. Karffy, Sarföiensis Hung., gratis inscriptus.

1. *Oct.* Esaias Pilarik, Tepliczensis. Fuit filius Stephani Pilarik, qui Teplae et Ocsovae Pastorem egit. Fratrem etiam Stephanum habuit, de quo Klein I, 260. Post reditum primum Teplae in patria Pastor factus est, hinc evocatus Matthaeivillam, exulauit rediitque in Germaniam. Vitebergae gradum Magistri in Philosophia consecutus est. Scripsit disputationem: „ de persecutione verae Ecclesiae, 1676." in qua multis de consanguineorum suorum fatis disseruit. Mortuus est extra patriam Levini, teste Kleinio II, 499.

— — Andreas Pilarik, Matthaeivillensis. Prioris frater.

— — Stephanus Pilarik, Matthaeivillensis. Itidem priorum frater. Familia Pilarikiorum plures dedit Stephanos in Historia probe discernendos. Stephanus quidem, quem nos I-um dicimus, is est, qui Ocsovae cum fine sec. 16-ti et initio 17-mi Pastorem egit. Genuit is Stephanum II. cujus vitam Klein I, 260—274 exhibet. Ex hoc Stephanus III. provenit, postea Tyrnaviae et Modrae Pastor factus, qui iterum Stephanum IV. genuit, postea Schemniczii Superintendentem. Stephanus, qui hic occurrit, est ab istis diversus, nimirum Esaia Pilarik, Pastore Teplensi, Matthaeivillae, Carponae, et Schemnitzii, genitus. De Pilarikiis egit etiam Czwittinger p. 303.

20. *Oct.* Matthias Fröhlich, Leutsoviensis.

— — Tobias Schumberg. Vid. Czwittinger p. 336.

Rectore Joh. Meisnero, Theol. Doct.

Anno 1667.

2. *April.* Georg. Lani, Trenchiniens. Acta, sed imprimis fata, virum hunc memorabi-

Digitized by Google

lem reddidere, quae et ipse et alii operose descripserunt. Ac ipse quidem edidit: „Narrationem historicam captivitatis papisticae et liberationis miraculosae M. Georgii Lani, quam postea Joh. Sextius animaduersionibus nonnihil castigauit, alii autem in solidum vindicarunt. Adtigerunt fata haec ejusdem quoque Sympalaestritae, Joh. Simonides et Tobias Maszniczius. Videndus est praeterea Tractatus sub titulo: „Daedalus e duplici Labyrintho vindicatus; h. e. biceps rara felicitas clarissimi, et persecutionibus probatissimi M. Georg. Lani etc., cujus inferius faciemus mentionem. Omnia in compendio exhibet Klein I, 409. Scripta autem recensuit Horányi II, 463. quibus ego Fundam Davidis contra Goliath an. 1676 sub nomine Davidis constantis editam, addiderim.

Rectore Joachimo Nergero, Prof. publ.

2. *Jun.* Joh. Schallachius, Igloviensis, Factus exul, mortuus est Vratislaviae, teste Kleinio II, 499.

Rectore Conrado Victore Schneider.

22. *Oct.* Joh. Marthius, Modrensis. Videatur de eodem Klein I, 80—445. II, 359.

1. *Nov.* Joh. Windisch, Várallyiensis, filius alterius Joannis, cujus vita, cum nonnullis ad nostrum pertinentibus adjunctis, prostat apud Klein I, 449. sq.

11. *Nov.* Joh. Murgacsius, Thuroczien-sis. Hoc eodem anno respondentis vices obibat Neosolii, sub Joh. Heinzelio, de natura fidei justificantis disputante. Hic se Thuroczeno Hajensem subscripsit. Idem 1668 sub Wagnero Vitebergae, Collegii Synoptici ex Logica Disputationem I, siue praecognita Logices defendit.

19. *Nov.* Christoph. Andreas Kirchweger, Semproniensis.

Digitized by Google

— — Georg. Buchholtz, senior, ex his nostris Catalogis excidit, qui vero huc videtur referendus. Eum Vitebergae studuisse, ac patria Cibiniensem fuisse, certum est. Vitam ejus inter alios Horányi I, 368. et in Contin. p. 604. ex Czwittingero et aliis delineauit, laboresque litterarios indicauit. Vid. etiam Genersich l. c. p. 205—217.

— — Joh. Katzler, Modrensis, qui 1668 Exercitationem Theologicam in Symbolum Apostolicum de resurrectione carnis scripsit. Klein II, 359. —

Anno 1668.

6. *Jan.* Samuel Ladiverus, Solnensis, haud dubie Eliae senioris filius, junioris frater.

12. *Apr.* Andreas Gallikius, Rosenaviensis. Fratrem dixerim fuisse illius Joannis, cujus ad annum 1656. mentio facta est.

Rectore Christiano Frentsch, Log. et Metaph. Prof.

8. *Maj.* Martinus Leonhardus Ruxer, Cremnitz. factus postmodum Pastor in loco Kuneshaj dicto, teste Kleinio II, 156.

27. *Jun.* Georg. Wilhelmus Kralovitz, Poson.

8. *Jul.* Samuel Kochmeister, Novisol.

29. *Aug.* Georg. Fidicinis, Lopej-Soliensis.

Rectore Joan. Andrea Quenstaedt, Theol. Doct.

5. *Oct.* Michael Pawlowicz, Thuroczeno Jessenensis. Respondentem egit sub M. Joh. Heinzelio, Rectore Scholae Neosoliensis, teste Klein I, 598. Disputauit etiam Vitebergae 1670 „de Justificatione et de persona Christi theanthropi," factus postea Scholae Martinopolitanae

Digitized by Google

Rector. An. 1675 coram delegato Judicio Posoniensi comparuit, atque hic, quod reversales subscribere nollet, primum ad labores Leopoldipolitanos, postea ad triremes condemnatus, ibidem mortuus est. Idem Klein I, 429 in exilio constitutum in Neczpall (haud dubie per errorem, loco: Neapoli; nam ibi denatum ac mari injectum Schmalius l. c. testatur) diem suum obiisse scribit.

9. *Oct.* Joh. Marci, Leibiczensis Pan. Gradum Magistri consecutus, primum in patria Scholae Rector, tum Igloviae fuit, ubi et Sacra Evangelica abnegauit. Edidit: „Tyrocinium Logicum Pastoribus 24 Regalium dedicatum." Item „Neues Gregorii Gesang." Item: „Nicetoria Imperatoris Leopoldi. I."

— — Michael Dominick, Olasziensis Scepusius.

Anno 1669.

3. *Apr.* Georg. Windisch, Várallyio Hung. Erat filius Johannis, de quo Klein I, 449. seqq. frater autem alterius Joannis, de quo ad an. 1667 actum.

5. *Apr.* Volfgangus Keublingerus, Grünsino Hung.

Rectore Michaele Sennerto.

26. *Oct.* Joh. Németh, Leutsoviensis.

22. *Nov.* Joh. Braxatoris, Banoviczio Hung. Communis hic superioris Hungariae Praeceptor, vulgo Banoczy a patria dictus, studuit Vitebergae sumtibus Volfgangi Janoky, apud quem Informatoris obibat provinciam. Redux iterum ab an. 1676—1683. scholam Castellanam Rahoviensem rexit. Hinc Rosnauiam transiit, unde exturbatus, tertium Rahoviam venit, ubi et mortuus est. Videantur de eo plura in Notit. Comit. Gömör. ven. Patris mei p. 415.

Digitized by Google

— — Joh. Bahil, Badinensis } Ex Catalogis
— — M. Daniel Parschitzius, } his nostris exciderunt, at vero huc collocandi videntur. Nam ille sub praesidio hujus, an. 1669 dissertationem „de evoluta Logices natura et Sophistica" defendit.

Anno 1670.

26. *Apr.* Martinus Tamisch, Semproniensis.

Rectore Constantino Ziegra, Theol. et Phil. Doct.

25. *Maj.* Joh. Rezik, Nitra Hung. Fata insignis hujus viri plures descripsere, quae vero omnia in compendio legi possunt apud Klein I, 370. et Vallaszky in Consp. hist. lit. ed. 2da. p. 368. Caeterum omnes ejus biographi, quos hactenus legere licuit, eum Vitebergae studuisse ignorasse videntur.

— — Michael Augustini, Solnensis. Hunc pluries Vitebergam adiisse, aut vero diutius in eadem urbe moratum esse oportuit, quia an. 1686, teste Horányio in nov. Mem. I, 202, dissertationem „de transmutatione metallorum" publici juris fecit. Ego tamen invenio dissertationem illam jam 1673 sub praesidio M. Pauli Linsii defensam. Vid. Annotationes Martini Klanicza ad Czwittingerum.

13. *Jun.* Paulus Blecher, Leutsoviensis.

— — David Pencker, Divo Georg.

13. *Sept.* Clemens Guhr, Caesareofor.

3. *Oct.* Paulus Paskony, Szalatnensis, alias etiam Michaelides dictus, de quo agit Klein II, 440.

6. *Oct.* Joh. Markfelner, Leutsoviensis.

Digitized by Google

Rectore Joh. Deutschmanno, Theol. Doct.

23. *Oct.* Andreas Szántó, Rábaközino Hung. Erat is aliquamdiu Docens Scholae apud Eperiesienses et Prof. Grammatices. Vid. Klein II, 350, qui haec haud dubie ex Gymnasiologia desumsit, in qua haec ita narrantur, ut pateat, Virum hunc ante exitum ad exteros Eperiesini Docentem fuisse.

Anno 1671.

9. *Jan.* Joh. Rompauer, Leutsov.

16. *Jan.* Joh. Saarossy, Nagy-Sárosiensis. Natus 1646, postquam in patria, Berzeviczii, atque Eperiesini studiis incubuisset, eadem Vitebergae confirmavit, ubi sumtibus Vittnyedii, teste Klein I, 70, vel Schmalio et eodem Kleinio II, 441. auctore, stipendiis Stephani Bakay, Comitatus Abaujváriensis Assessoris, vixerat. Fata et acta ejus post reditum in patriam exposuit Schmal in Vit. Superint. et Klein II, 138.

1. *Febr.* Nicolaus Pusóczy, Trans-Danubianus. Patriam pagum Pusócz, in Comitatu Castriferrei situm, patrem Stephanum Pusóczy alias Fliszar dictum, matrem Martham Nováky, habuit. Multum adhuc puer patre orbatus, ad studia animum adjecit, quae Tissini sub Mich. Pentek et Matthia Benczak, Günsini sub Valentino Perényi, Joh. Ensel, et Steph. Fekete, Eperiesini 1665 sub Joh. Bayero, Isaco Zabanio, Elia Ladivero et Sam. Pomario percoluit, Vitebergae autem munificentia Steph. Tarkány, per biennium confirmauit. Redux diutius in privato haerere coactus, tandem restaurato per Emericum Tököly Collegio Eperiesiensi, 1682 Docens Syntaxeos constitutus, ac inde post annum ad Ecclesiam Bottyaniensem promotus fuit, ordinatus 5. Sept. 1683 a Philippo Heutschio. Dum Viteber-

Digitized by Google

gae moraretur sub Calovio contra Grotium disputauit, qua occasione Murai-Szombathiensem Vngarum se nominauit. Videatur Biblia illustrata Calov. Tom I. ab initio.

Rectore Michaele Friderico Ledero, I. V. D.

11. *Jun.* Matthias Kienastius, Posoniensis. Disputauit contra Grotium praeside Calovio, testantibus id Bibliis ill. Calovii.

14. *Oct.* Joh. Fridericus Etelius, Posoniensis.

Rectore Joh. Strauch, Med. Doct.

Anno 1672.

12. *Mart.* Joh. Hannche, Várallyio Vng.

Rectore Casp. Georg. Kirchmayero, Orator. Prof.

3. *Maj.* Georg. Andreas Partenstein, Semproniensis.

— — Joh. Röschel, Semproniensis. Fixerat sedem Vitebergae, factus Philosophiae Facultatis Adjunctus. Vitam ejus exponit Czwittinger p. 320. Honorificam ejus mentionem facit Ribini, II, 130.

17. *Maj.* Christoph. Lupovicus Müller, Posoniensis.

21. *Maj.* Joh. Hartmann, Semproniensis.

25. *Jul.* Matthias Kletzko, Schemnitziensis. Erat filius aut nepos alterius Matthiae Kletzko, qui an. 1614 Schemnitzio Carponam Germanorum Pastor factus venit.

— — Andreas Eccard, Hung., qui eodem anno sub praesidio Sam. Schurtzfleischii res ungaricas publicae luci exposuit. Vide Collectionem dissertationum Schurtzfleischianarum historico-civilium, Lipsiae 1694 in 4. editarum. Idem obtulit 1669 anserem Martinalem Martino Madarász, Leutschoviae expressum. Erat vero post

Digitized by Google

reditum Rector Scholae Kesmarkiensis, teste Gymnasiol. Rezik.

Rectore Joh. Meisner, Theol. Doct.

Anno 1673.

24. *Apr.* Joh. Ephraim Böhm, Poson. Filius M. Christoph. Boehmii, qui prius Posonii Rector, postea Pastor Ecclesiae, postremo Leutsoviensis VDMinister fuit.

29. *Apr.* Joh. Georg. Oberland, Cremnitziensis.

— — Andreas Simonis, Posoniensis.

Rectore Guilhelmo Leysero, I. V. D.

12. *Maj.* Joh. Sartorius, Eperiesiensis. Vir hic haud dubie is est, cui, alias Szabó dicto, in patria primum Diacono, postea primario Pastori, excitati Collegii Eperiesiensis laus debetur, atque cum id jam 1667 perfectum fuerit, sane hic ejus Vitebergam excursus exilio, quo plurimi Evangelicorum Ministrorum hoc anno mulctati sunt, adscribendus est. Quam ingrati persaepe in suos concives, ultra consuetum audentes et activos, soleant esse socii, vir hic suo ostendit exemplo. Etenim ob datum et perfectum aedificandi Collegii Eperiesiensis consilium non tantum cotemporaneorum invidiam reprehensionemque, verum etiam posterorum censuras iniquas expertus est. Vide v. c. quae hanc in rem Ribini l. c. II, 142 sq. 149, sq. scribit, qui vero illius: de mortuis nil, nisi bene, oblitus esse videtur. Leniorem censorem noster in Schmalio habuit, qui in Proleg. Aduers. mentionem facit MSi ab eo, sub titulo: „Acta Ecclesiastica quinque Liberarum Regiarumque Civitatum, a primis Reformationis temporibus usque annum exilii 1673 — conscripti," item Orationis ejus panegyricae, tempore funda-

Digitized by Google

ti Eperiesiensis Collegii recitatae. Alii alia ejus scripta recensent, e. g. Praxim Symboli Apostolici paracleticam, edidit, Leutsoviae germanice 1654 in 4; 1694 de cultu Imperatoribus deferri solito, disseruit Thoruni. Inprimis postquam an. 1678 Magister factus fuisset, saepius disputavit. 1682 Thoruni Professor, 1699 vero Elbingae Rector constitutus est. Hinc Gedanum transiit, ubi adhuc 1716 in vivis erat.

— — Samuel Faschko, Basingensis. Fuit filius M. Jacobi Faschko, cujus, qua Rectoris Banoviczensis, vitam descripsit Rezik in Gymnasiol., testatusque est, Samuelem hunc hoc eodem 1673 anno disputasse sub praesidio Deutschmanni, de nonnullis Oraculis.

29. *Jun.* Christoph. Jentsch, Posoniensis, gratis inscriptus.

12. *Jul.* Andreas Reichard, Poson.

18. *Sept.* Georgius Peucker, Neosol. Vitebergae existens, carmen in obitum Sartorii Cassensis Ecclesiae annis 17 Ministri, item Lamenta Hungarica in 4. Vitebergae 1681 impressa, item Carmen Sapphicum de Liberis Regiisque Civitatibus sonans an. 1679 conscripsit. Erat is post reditum Neosolii Rector.

11. *Oct.* Martinus Montska, Várallyiensis.

— — Michael Schmied, Kesmark. gratis inscriptus. Erat post reditum in Schola patria Conrector, dein Leutsoviae Pastor, de quo Genersich l. c. II, 320 videri potest.

Rectore Conrado Victore Schneider.

17. *Nov.* Joh. Vachlatsch, Novisoliensis, gratis inscriptus.

Anno

Digitized by Google

Anno 1674.

3. *Mart.* Christoph. Mažár, Tamásfalvensis, itidem gratis inscriptus. Erat filius Danielis Mažári, Pastoris primum Sumjaczensis, postea Tamásfalvensis, 1673 cum aliis Reversales non subscribentibus ad labores in munimentis peragendos, ac dein ad triremes damnati, ibidemque 1676 mortui. Morabatur Vitebergae diutius, ac dum Georg. Lani Rector Carponensis, persecutionibus se subducens, ex Italia rediisset, atque Lipsiae LL. AA. Magister creatus fuisset, noster carmen gratulatorium scripsit, sub titulo: Daedalus e duplici Labyrintho vindicatus, h. e. biceps rara felicitas clarissimi ac persecutionibus probatissimi M. Georg. Láni etc. A. O. R. MDCLXXVI d. 28. Jan. Vitebergae. 4. Non multo post, dum mortem Danielis Patris sui, molestiis triremium fracti, atque ad Syracusas Dom. XII. p. Trinit. 1676 contumulati, fama rescivisset, cum amicis Vitebergensibus scriptum vulgauit sub titulo: Pretiosa mors in conspectu Dei Martyris Hungarici Danielis Mažári. Vitebergae an. eodem. 4. Scripsit praeterea „Jasones Pannonicos etc." teste Czwittingero in Specim. p. 283. — Patriae restitutus, pluribus locis VDMinistrum egit, atque in posteris Parens familiae nobilissimae Mažárianae evasit. Dum an. 1692 d. 30 Jan. nomen suum Matricae Neogradiensi insereret, sequentia scripsit: C. M. post triennale exilium, et quod excurrit, ab Ecclesia Vetusoliensi in Contubernium Ven. Fraternitatis Neogradiensis recipitur, cujus germanum membrum se fore, lingva manuque sancte appromittit, Ecclesiae Lonyobanensium Pastor." Mortuus est Solnae, 1708 d. 1. Apr. prout Matrica Neogradiensis, ex qua haec decerpta sunt, perhibet.

Digitized by Google

Rectore Michaele Strauchio, Math. Prof.

7. *Maj.* Daniel Roxer, Scepusius.

— — Jacobus König, Várallyio Scepusius. Nonne iste est Jacobus Regius, vulgo etiam Király Jakab dictus, Rosenauiensium, dein Sajó-Gömöriensium Pastor, ac Contubernii Gömöriensis Senior, qui 1671 jam V.D.M. Rosenavia ejectus, circa haec tempora in exilio constitutus, forte Saxones adiit, sed ne cognosceretur, loco Szencz, (quippe ejas erat) permutatis litteris Scepusium scripsit, atque cognomen suum lingva teutonica expressit?

9. *Jun.* Elias Tschech, Lubeta-Montanus. Natus est patre Daniele Tsech Bohemo, Pastore prius Libetbanyensi, postea ab an. 1649 — 1651 Carponensi, postremo Dilnensi.

17. *Jun.* Andreas Titius, Posoniensis. Titii Pastoris Posoniensis, 1672 in exilium ejecti, filius.

20. *Jun.* Gabriel Sculteti, Szeleczenus Vng.

Rectore Joh. Andrea Quenstaedt, Theol. Doct.

Anno 1675.

11. *Apr.* Adamus Zimmermannus, Vng.

28. *Apr.* Gabriel Trusius, Veterosoliensis, gratis inscriptus.

29. *Apr.* Christoph. Fridericus Grattenauer, S. Gotthard. Vng.

Rectore Joachimo Nergerio, Prof. Publ.

5. *Maj.* Georg. Joh. Weixler, Neosol.

— — Georgius Michaelis, Steinensis Hung. Vir hic prae ceteris describendus nobis est. Nam non tantum studuit Vitebergae, ac posita ibidem sede, usque an. 1724 vi-

Digitized by Google

xit; verum etiam facta pro Hungaris, in alma Leucorea Scientiarum causa commorantibus, insigni Fundatione, Popularibus suis non minus memorabilis, quam utilis et proficuus evasit. Parentes habuit, quibus ad virtutem nil defuit, patrem quidem Stephanum Michalowje, Caspari Michalowje filium, eundemque villae Steina, quae in Comitatu Barsiensi ad Granum consurgit, Judicem, matrem Elisabetham Luciniam. Cognomen, quod ab his accepit, nostrum ad eos Hungaros, qui natione et lingua Slavi dicuntur, pertinuisse ostendit. Praeterea tamen etiam Cassai dictus est, quod, qua de causa factum, et an ad urbem Cassoviensem, in qua aliquamdiu moratus, an ad locum Comitatus Trenchiniensis Cassa nuncupatum referendum? equidem me ignorare profiteor. Dum 1670 Eperiesini sub praesidio Pomarii, de quibusdam Conf. Aug. Articulis, cum collega Sárosio disputaret, dissertationemque suam Bartphae luci publicae exponeret, Zdanensem e montanis se professus est, unde colligas, Steinam et Zdanam eundem denotare locum. Natus est noster 1640. Fundamenta litterarum in Lazan ductu Jacobi Gutsche jecit, postea ab an. 1649 in patria sub Joa. Gabrielis studuit. An. 1652 Zarnoviam se contulit, ibique Andream Serarium habuit Docentem. Hoc loco, ademto Evangelicis templo ipse etiam a Parocho Catholico ultra annum detentus, atque ad amplectenda sacra Romana ductus fuit. Verum e custodia, opera cujusdam amici elapsus, Újbányam 1654 mense Decembri commigrauit, ac ibi prius Martinum Scapulidem, postea hoc ad Ministerium promoto, Zaszkaliczkium coluit Docentem. An. 1656 duce Adamo Kuzma Rajeczium venit, ibique Danielis Monkoviczeni Rectoris et Georg. Davidis Cantoris usus erat informatione. Vocato vero priore an. 1662 Nicopolim,

Digitized by Google

Liptoviam adiit, ubi 1664 proli Pongraczianae Andrásfaluae praefectus est, quam per sesqui annum informauit. An. 1666 mense Februario Bartpham se contulit, ubi cum ob ingentem Juvenum numerum hospitium non reperisset, Kesmarkinum transiit, disciplinaque Venceslai Johannidis Rectoris et M. Joh. Melczelii usus est. An. 1668. d. 4. Jan. Kesmarkiensibus musis valedixit et 17. ejusdem mensis, ciuis Gymnasii Cassoviensis factus fuit. Hic ab ore Georgii Raduch, et M. Joh. Fabriczii pependit. An. 1669. d. 14. Julii relicta Cassovia Eperiesinum venit, inque classem Logicam introductus Prof. Elia Ladivero usus est, in classe autem theologica D. Samuelem Pomarium et Isacum Zabanium Docentes habuit, quo tempore cum socio Joh. Sárosio, Praeside Pomario, de 1-mo Aug. Conf. Articulo disputauit. An. 1671 superato Examine, iter Vratislauiam direxit, quo 3. Januarii anni insequentis pervenit. Transiit 1675 Vitebergam, in qua absolutis studiis 1681 honores in Philosophia summos capessivit, atque constans domicilium fixit. Anno 1686 filiam viri Consularis, Matthiae Dressler, exulis Hungari in Matrimonium duxit. 1702 Philosophicae Fácultatis Adjunctus factus est. 1706 filiam morte absumtam amisit. An. 1712 Decanus Philosophici ordinis constituitur. 1723 uxor ejus moritur: Eodem anno mense post mortem uxoris tertio, filium jam Magistrum legentem, et Ministerii candidatum sanguinis fluxu correptum vidit, ac 1724 d. 14. Martii, ipse jam octogenario major, amisit. Eodem anno sexta mensis Augusti die, condito testamento, facultates suas usibus Hungarorum, Vitebergae litteris operam navantium, dicavit, atque tertia Octobris ejusdem anni, annos natus quinque et octoginta, apoplexia tactus, vitam cum morte commutauit. Scripta ejus luci

Digitized by Google

publicae exposita recenset Horányi in nov. Mem. p. 633. Vitam autem ejus fuse enarrauit Joh. de Berger, Academiae Vitebergensis Rector an. 1725. XII. cal. Oct.

29. *Maj.* Joh. Majorus, Alnoviensis. Prostat ejus Carmen Propempticum Domino Georgio Milde Vitebergae 1677 confectum. Idem sub M. Matthia (Schmal Paulum adpellat) Platani disputavit: de primis gentis Vngaricae incunabulis, quem laborem Georgio de Radván dedicauit, teste eodem Schmalio, in vita Superintend. Sam. Hruskovitz, nota e.

9. *Jun.* Paulus Michaelis, Divo-Andreensis, hactenus in ill. Statuum Evangelicorum, quod in Hungaria superiori est, Collegio Poëseos, deinde Orat. et Hist. P. P. nunc exul. Ita de se ipse scripsit, dum nomen suum Catalogis publicis insereret. Vid. etiam Klein II, 346.

— Paulus Christoph. Meyr.

8. *Jul.* Thomas Dentulini, Drimota Trenchiniensis. Disputavit de summo bono Vitebergae 1681.

29. *Jul.* Georgius Gaschitius, Vng. Vitebergae manens cum socio Christoph. Mazário librum scripsit sub titulo: Clypeus veritatis, seu Vindiciae Narrationis historicae, captiuitatis M. Georg. Láni Hung. nec non liberationis ejusdem, observationibus theologico-historico-criticis cujusdam Anonymi (Joh. Sexti) oppositae etc. an. 1667. Edidit quoque carmen sub titulo: Daedalus redivivus, quod carmini Christoph. Mazári, sub eodem titulo in lucem emisso, annexum est.

— — Esaias Pilarik, Szent-Andreensis Vng. Vitam ejus exhibet Klein I, 274 sq.

2. *Aug.* Joh. Godofr. Simonis, Poson.

3. *Sept.* Joh. Georg. Craudi, Novisol.

6. *Oct.* Joh. Hackstock, Rustensis.

— — Simon. Neustädter, Baziniensis.

Digitized by Google

Rectore Mich. Sennerto, Med. Doct.

4. *Dec.* Matthias Walther, Pettelsporff. Hung.

Anno 1676.

10. *Jan.* Elias Buchner, Novisoliensis.

15. *Jan.* Tobias Maszniczius, Kosztolna Hung. Vir hic adiit Vitebergam, postquam manibus persecutorum, eum ad triremes Neapolitanas abducentium, se subtrahens ex Italia rediisset. Ante exilium et citationem Posoniensem Szeniczii atque Illaviae Rectorem, ac postmodum Diaconum ibidem egit. In exilio existens narrationem de captivitate sua conscripsit. Redux primum in Arce Blatnicza, tum in Ecclesia Zay-Ugrotzensi Minister fuit, ubi et mortuus est. Scripsit plura. Nos iis, quae Czwittinger in Specimine p. 249 recenset, addimus: „Synopsim vitae et fatorum Rev. Andreae Sartorii 1680. Item: Zittavia, triplici P. P. P. Patre, Praetore et Praeceptore coronata 1679; item: Electa vinea Dei renovata, slavonice, Dresdae 1682. An. 1692 libellum orthographicum Jesuitae Steyer sub titulo: Wyborne dobry zpusob gak se má etc. editum, mutilum tamen et omisso auctoris nomine, Leutsoviae in 8. recudendum curauit.

— — Joh. Simonides, Olaszino Hung. Patre Paulo Pastore Olasziensi natus, sub Joh. Bayero, Isaco Zabanio et D. Samuele Pomario ita profecit, ut Joh. Fabriczio Brizna Cassoviam discedenti an. 1668 in officio Docentis Scholae sufficeretur. Postea facta 1674 Posonium ad Tribunal Docentum Evangelicorum Citatione, tum Posonii, tum Leopoldopoli, item in Italico itinere atque Capracottae in Italia, prioris sympalaestrita et socius erat. Qualia post reditum ex Italia scripserit, Klein I, 408. recenset, quibus vero

Digitized by Google

addendum est: a) MS., quo fata sua et sociorum cum Posonii, tum Leopoldopoli, denique in Italia, exposuit. b) Tractatus sub titulo: Exul praedicamentalis 1679. Vitebergae editus. c.) Antequam in exilium devenisset 1669 Leutsoviae typis Sam. Breuer, 4. luci publicae exposuit: Studium Catecheticum, biblicum, logicum, quod in Examine Collegii Briznensis publico, praeside SS. Trinit., Joh. Simonides Rector Briznensis, vices opponentium et respondentium Classis primae (exponuntur eorum nomina) pro lubitu Examinatorum sustinentibus, 1669 diebus Julii ad ventilandum proponit. Eodem anno: Studium Catecheticum de Evangelio, Symbolo Apostolico, Deo triuno, respondente Joh. Snicellio, Leutsoviae impressum; item Lessum Panegyricum Excell. Dan. Lani, Leutsoviae 1669. d) Vitebergae existens, disputationem theologicam, de Collegio Apostolico Lutherano contra Nicolaum Kellionem, Patrem Jesuitam conscripsit. e) Post exilium domum rediens, Ecclesiae Novisoliensis slavonicae Pastor factus, Catechesim an. 1704 Zittaviae expressam, sub titulo: Wyswětlenj Křesťanského vcěnj, podle pořádku maleho Katechysma ꝛc. od Jana Simonidesa ꝛc. sepsane, juris publici fecit. Mortuus est anno 1708.

— — Andreas Demeter, Leibiczensis Scepusius. Habuit patrem Michaelem, matrem Margaretham. Studuit in patria sub Ritzmanno, Bartphae sub M. Joh. Schwartzio, rursus in patria sub M. Marci. Dein invalescente persecutione, cum reliquis exulibus, in Silesiam profectus, Vratislaviae et Vitebergae aliquamdiu studuit. Inde in Silesiam redux, in Comitatu Vartenbergensi, apud viduam Volfianam annis 4, et in Comitatu Olsnensi, apud Joh. Henr. a Falkenberg annis duobus Paedagogum egit. Patriae restitutus Dia-

Digitized by Google

conus in Ecclesia Alsó Metzenseifensi factus est, ordinatus a Philippo Heutschio 5. Nov. 1683.

— — Paulus Platani. Edidit disputationem historicam de gentis Hungaricae incunabulis, Vitebergae 1676 excusam, cujus MS. Rotarides possedisse dicitur. Ipsum Platani Martyrem per Lubomirszkium factum in notatis Martini Klanicza lego.

10. *Febr.* Petrus Theodorus Seelmann, Semproniensis.

17. *Apr.* Georg. Unger, Semproniensis.

Rectore Mich. Valthero, Math. subl. Prof.

22. *Maj.* Joh. Messerschmied von Schmiedegg, Cremnitz. Vng.

19. *Aug.* Joh. Fridericus Sartorius, Posoniensis.

23. *Sept.* David Hauck, Leutsoviensis. Patrem Melchiorem, matrem Annam Putischerinn, habuit. Studia in Patria, Gedani, Regiomonti atque Vitebergae didicit. Redux fit Szomolnokini Pastor, ordinatus Cassoviae 7. Aug. 1683. a Phil. Heutschio.

24. *Sept.* Martinus Dubowszky, Solnensis Vng. cujus vitam Klein I, 78. II, 134. enarrat, et scripta ab eo luci publicae exposita recenset.

10. *Oct.* Melchior Pintz, Posoniensis.

11. *Oct.* Gabriel Pilarik, Trenchiniensis. Erat filius Stephani, cujus vitam Klein I, 260. describit, sedem vero Gothae fixisse p. 282. refert.

Rectore Joh. Deutschmanno, Theol. Doct.

18. *Nov.* Jeremias Pilarik, Scepusiensis. Est haud dubie filius Stephani II. quem Collegam Vitebergae ad Scholam urbicam factum, Klein I, 275. in nota, scribit.

Digitized by Google

Anno 1677.

6. *Mart.* Jeremias Hahnvald, Neczpallensis. Disputauit anno eodem de Perfectione Entis.

Rectore Theodoro Wernero Martini.

5. *Maj.* Georg. Christoph. Melchioris de Zuanna, Semproniensis.

7. *Maj.* Georg. Sutorius, Semproniensis.

26. *Maj.* Matthias Albrecht, Montano-Vallensis Vng.

27. *Jun.* Nicolaus Lucae, Richo Scepusius.

5. *Oct.* Joh. Lang, Rustensis.

Rectore Joh. Strauch, Phil. et Med. Doct.

13. *Nov.* Joh. Ephraim Bohemus, Posoniensis.

24. *Dec.* Andreas Löwius, Semproniensis.

Anno 1678.

22. *Mart.* Andreas Varanay, Novisol.

27. *Apr.* Georg. Carponaides, Illaviensis.

— — Leonhardus Jacoberus, Vallensis Vng.

Rectore Balthasaro Stollberg, Graec. Lingu. Prof.

28. *Jun.* Joh. Fröhlich, Várallyiensis.

22. *Jul.* Matthias Langius, Semproniensis. Est haud dubie filius alterius Matthiae, cujus ad an. 1643 facta est mentio. Vtri horum tribuenda sint scripta ea, quae Horányi in Mem. II, 459. recenset, aliis relinquo.

14. *Sept.* Caspar. Bresztovinus, Vallensis Vng.

Digitized by Google

Rectore Joh. Meisnero, Theol. Doct.

Anno 1679.

23. *Apr.* Paulus Davidis, Bakabánya Hung.

26. *Apr.* Matthias a Smiddegg, Cremnitzio Nob. Vng. Scripsit disputationem de Eclipsi Lunae, quam sub M. Esaia Pilarik Hungaro 1680 defendit. Klein II, 355.

— — Joh. Jacobus Masko, Cremnitzio Nob. Vng.

Rectore Godofredo Strausz, Phil. Doct.

12. *Maj.* Joh. Christoph. Lang, Posoniensis, cujus fata et acta exhibet Klein I, 178. Disputauit Vitebergae sub Schurtzfleischio: de Imperii Medo-Persarum initiis, 1681.

— — Joh. Neustädter, Bazinga Posoniensis.

13. *Maj.* Martinus Sturtzer, Neosol.

22. *Maj.* Rudolphus Matthias Müller, Semproniensis.

12. *Aug.* Steph. Hagelbauer, Semp.

10. *Oct.* Joh. Braxatoris, Tersztenensis.

Rectore Christiano Rohrensee, Phil. Prof.

Anno 1680.

6. *Maj.* Joh. Lischovinius, Bisztricza ad Vagum Hung. Studuit Medicinam eratque post reditum Cremniczii Physicus. Opera ejus aliqua nominat Horányi II, 496.

— — Georg. Daniel Rehlinus, M. Joh. Rehlini Conrectoris ad Scholam Posoniensem filius. Disputationis ejus meminit Klein I, 19.

— — Mich. Aacs junior, teste Kleinio II, p. 5. 6. Vitebergae studuit, etsi Catalogis nostris exciderit.

— — Ephraim Kretsmér, Leutsov. Patre Joh. Kretsméro, Gymnasii Leutsoviensis Con-

Digitized by Google

rectore, natus, venit Vitebergam Jena, ac post reditum fit 1683 Leutsoviae Conrector, anno evoluto Rector, ac 1690 Diaconus.

— — Joh. Letko. Hujus, qua Conciuis Krmanii Vitebergae morantis, meminit Klein II, 314. Nonne vero idem cum Joh. Lischovinio jam indicto fuerit?

Rectore Joh. Nergero, Pandectarum Prof.

Anno 1681.

— — Joh. Schwartz, Eperiesiensis. Rediit Viteberga hoc anno, occasione Comitiorum Semproniensium, ut ipse fatetur, dum an. 1705. in Ministrum ordinaretur. Erat intermedio tempore unus e praecipuis Docentibus Eperiesini, ac an. circiter 1707 constitutus in locum Zableri Superintendens. Vitam ejus plurimis enarrauit Schmal in Vit. Superintend, Klein l. c. I, 366.

12. *Sept.* Paulus Birke, Posoniensis.

2. *Oct.* Ferdinandus Clement, Neosol. Hung.

Rectore Conrado Samuele Schurtzfleischio.

Anno 1682.

13. *Maj.* Mich. Weisz, Montano-Belo-Banyensis Hung. An hic idem cum eo sit, quem Klein II, 499 Dantisci in exilio mortuum scribit, incertum est.

24. *Maj.* Samuel Atzmanni, Montano-Lubethensis Hung.

10. *Jul.* Christianus Matth. Viszliczenus, Petersdorf. Vng.

— — Daniel Krmann, cujus facta et acta complures, in his Schmal in vit. Superintend. Ribini II, 341. sq. Klein II, 314. Horányi II, 336. seq. enarrarunt. Venit Vitebergam Lipsia, ubi etiam studuit. Breuem vero hic haud dubie traxit moram, quare in Matrica Academiae ad hunc annum inscriptus non comparet. Fuisse ta-

Digitized by Google

men eum hoc tempore Vitebergae, ex iis, quae occasione susceptorum ordinum de se scripsit, certum est. Inauguratus est Ministerio Bartphae 28. Junii 1687, adjungendus lateri patris in Turopola.

Rectore Joh. Deutschmanno, Theol. Doct.

Anno 1683.

13. *Febr.* Joh. Keveri, Fonkuschoviensis Vng.

27. *Apr.* Mich. Strompff, Filcavia Hung. Krmannio dissertationem theologicam: de Vocatione Ministrorum, luci publicae exponenti 1683 cum aliis applaudebat, teste Klein II, 314.

— — Petrus Paulus Fekno, Galgoczio Hung. Vid. Klein II, 314. Studuit Vitebergae cum Daniele Hrmann. Circa an. 1709 erat Conrector Torgauiae in Saxonia, ubi inter alia edidit Rhetorices et Logices Vossianae Synopsim in 12. —

Rectore Vernero Theodoro Martini.

12. *Jun.* Georg. Psyllius, Semproniensis.

17. *Aug.* Jeremias Christianus Seelmann, Cremnitziensis.

Rectore Joh. Strausz, Phil. et Med. Doct.

30. *Dec.* Joh. Csasztalowszky, Szakoltzensis.

Rectore Joh. Friderico Mayer, Theol. Doct.

Anno 1685.

7. *Febr.* Andreas Viszliczenus, Günzino Vng.

1. *Maj.* Andreas Demiani, Hunisvilla Hung.

— — Joh. Godofr. Hellenbach. Factus est hoc anno Vitebergae Medicinae Doctor,

Digitized by Google

teste Ven. Vallaszky in Conspectu p. 207. edit. nov.

Rectore Theodoro Dassovio, Poëseos Prof.

Anno 1686.

12. *Maj.* Paulus Lani, Ugrotzino Hung. Hunc eundem dixerim cum eo, qui statum politicum sectatus sedem in Comitatu Gömöriensi defixit, fuitque provincialibus suis a Commentariis publicis, ab an. 1695—97, postea factus Pro-Comes.

1. *Oct.* Georg. Brandsteterus, Nob. Vng.

Rectore Conrado Sennerto, Ling. Orient. Prof.

Anno 1688.

16. *Jun.* Martinus Chladny, Cremnitziensis. Vitam insignis hujus viri, patre Georgio, cujus superius ad an. 1664 meminimus, nati, plures exhibuere. E. g. Czwittinger in Spec. Jöcherus in Lex. Erud. Horányi I, 406. sq. et in nov. Mem. p. 649. Klein I, 27.

22. *Jul.* Jacobus Zabelerus, Bartphensis. Patrem cognominem, eundemque Superintendentem, matrem Margaretham Spleni habuit, 1670 natus. Educatus fuit domi, sed urgentibus 1674 fatis, cum acerbum exilium patri ejus subeundum esset, concreditus inspectioni Domini Künast, Mühlbergam ad Albim in Misnia per eundem missus est. Facta vero per Emericum Tököly in Hungaria rerum conuersione, Parentibusque Bartpham 1682 redeuntibus, ipse etiam in patriam rediit, ac postea Eperiesini, Bartphae sub Adamo Gruber, Bojanoviae Polonorum sub Emerico Fridvalszky, et ab an. 1688 Vitebergae studuit. Redux per annum Dresdae filium Rev. Kühnii informabat, factus dein 1694 in Ecclesia Bart-

Digitized by Google

phensi Adami Popradii mortui, successor, et Patris adjutor, ordinatus ab eodem, festo Michaelis ejusdem anni. — 1699 d. 30. Jan. cum patre in exilium pulsus, prohibitusque est munere in Dioecesi Episcopi Strigoniensis. Evocatus ergo est Schemnitzium, et qua talis interfuit Conventui Czeriensi, 1704 causa eligendi in Montano Districtu Superintendentis habiti. Patre denique, qui Bartpham 1703 ex exilio redierat, 1711 mortuo, revocatus est ad Bartphenses. Hic exilio jam tertium adfectus, secessit Thorunium, ibidemque provinciam Professoris administrauit. Schmal arguit eum Synodologiam, opus a patre conscriptum, cum similibus aliis MSS., avaris suis scriniis detinuisse, ac secum asportasse. Filium habuit unum, qui Daniae Regi militans, sine haerede vivere desiit.

10. *Oct.* Georg. Ferd. Gleichgrossius, Poson. Vitam ejus exposuit Klein I, 92. II, 388. 444. Ribini II, 353.

Rectore Joh. Deutschmanno, Theol. Doct.

Anno 1689.

15. *Maj.* Joh. Leporini, Neosol. Dissertationem de Adpetitu a ratione triumphato, sub praesidio M. Matthiae Platányi Draveczensi habitam, edidit Vitebergae 1690.

25. *Apr.* Matthias Platányi, Draveczensis. Erat itidem Matthiae Platányi Draveczensis Pastoris, et Contubernii Sáros Senioris filius, cujus frater Samuel occurrit in Indice Ordinator. Bartphae. Ad an. 1695. gradum Magistri consecutus fuit, quare sub ejus praesidio aliqui Hungarorum disputabant.

Rectore Joh. Henrico Berger, I. V. D.

5. *Jul.* Matthias Stürtzer, Neosol. filius alterius Matthiae, cujus ad an. 1657 facta mentio.

Digitized by Google

— — Samuel Nicletius, Neogradiensis. Sequentibus vitam suam complexus est: „Ego — — patre reu. Balthasaro, Alsó-Strehoviensi Pastore, matre Barbara Hamary natus, studui in patria, dein patre ad triremes tempore persecutionis condemnato, apud patruos Gabrielem et Georgium Nicletium Carponae morabar. Reduce ex triremibus patre, cum ad Neosolienses vocatus fuisset, ibidem studui, dein Rosenauiae sub Joh. Braxatoris, Eperiesini sub Elia Ladivero, atque Cremnitzii sub M. Daniele Parschitzio. Exactis 4 annis Vitebergae, datus sum successor reu. Joh. Brezanyi in Ecclesia Pribelensi, et Priklekiensi, ordinatus Bartphae 4. Maji 1694." Videtur dein ad Maglód transivisse.

25. *Jul.* Michael Unger, Semproniensis. Erat postea in patria Ungaricus Praeco, teste Ribinio l. c. II, 129. Schmal in vit. Superintend. ei adscribit dissertationem de Concursu causae primae cum secundis, an. 1659 expressam, quae vero alium Mich. Unger habere debuit auctorem, nisi forte an. 1689, loco 1659 intelligendus sit.

— — Christianus Sovits, Semproniensis. Erat haud dubie filius M. Christoph. Sovits, de quo Klein II, 478. sq. scripsit. Ribini hunc quoque Christophorum adpellat, et 1692 qua Pastorem Semproniensem vita functum testatur.

— — Jacobus Erhard, Preining.

— — Georg Tügh, Pyriz Hung.

— — Mich. Türck, Semproniensis.

Rectore Constantino Ziegra, Theol. Doct.

Anno 1690.

15. *Maj.* Daniel Ochernal, Tyrnav. Hung.

3. *Aug.* Matthaeus Ocsovaj, Ocsova Hung.

Digitized by Google

13. *Oct.* Christianus Buddaeus, Leutsoviensis.

— — Daniel Buddaeus, Czibinio Hung. Vitam suam ita expressit: „Patre Georgio Buddaeo Vörös-Almásiensi in Comitatu Sárosiensi t. t. Ministro natus, anno aetatis 5. in exilium cum parentibus actus, Brigam delatus, ibi studui, et restitutis Ecclesiis, in Hungariam cum parentibus rediens, Eperiesini studiis operari coepi; sed hinc rursus exturbatus, Brigam, Jenam et Vitebergam a parente missus sum. Hinc revocatus, exspectando in paedagogiis tempus trivi. An. 1702 d. 4. Apr. a Topschensibus in Substitutum cum spe successionis vocatus d. 8. Apr. 1702 in Kukow ordinor." Mansit postea Topschinae usque 1724, cujus die 9. Septembris aetatis 55. anno sepultus est.

Rectore Michaele Valthero, Theol. Doct.

Anno 1691.

14. *Mart.* Joh. Theophilus Kemmel, L. H. filius Joh. Kemmel, ad an. 1657 notati.

21. *Apr.* Joh. Treschner, Cremnitziensis.

Rectore Casparo Henrico Hernio, I. V. D.

12. *Maj.* Daniel Cossian, Solnensis.

4. *Jul.* Martinus Grosz, Leibiczensis.

14. *Jul.* Paulus Regius, Cibiniensis.

20. *Jul.* Joh. Groszmann, Regiomontanus Hung.

Rectore Georgio Franco, Med. Doct.

29. *Oct.* Daniel Mollerus, Tyrnaviensis. Ordinatus fuit per Steph. Pilarik d. 30. Maji 1706; sed ad quam Ecclesiam, Matrica non perhibet.

3. *Nov.* Georg. Francfurter, Cremnitz. Disputavit Vitebergae de Messia vulnerato, an. 1695.

10. *Nov.*

Digitized by Google

10. *Nov.* Christ. Mart. Seelman, Leutsoviensis. Rediens Scholae Semproniensis Rector factus est, postea Leutsoviae Pastor. Ribini I, 498. et Klein I, 21.

— — Matthias Thomann, Ocsoviensis. Natus patre Georgio, matre Anna Holtzova, in patria sub Joh. Piscatoris, dein quiescente persecutione, Csetnekini et Alnoviae sub Ephraimo Kretsmér, Vratislaviae atque Vitebergae studuit. Redux post annum factus est Szinobanyensis apud Neogradienses pastor, ordinatus 21. Junii Bartphae per Jacobum Zabelerum, 1693.

Anno 1692.

8. *Jan.* Georg. Hegyfalussy, Hegyfalvensis in infer. Hung. Erat ab an. 1706—1708 Rosenauiensis Pastor, ac qua talis Andream Bodó Superintendentem pro rostris sacris laudauit. Vid. Ribini P. II, p. 113, inprimis vero Schmalii vitas Superintendentum.

16. *Apr.* Andreas Torkos, Jaurinensis. Eum esse crediderim, quem an. 1776 N. T. hungarice versum edidisse, Ribini II, 358 testis est.

— — Michael Cseretti, Jaurinensis. Patrem Paulum Cseretti, matrem Catharinam Kovách, patriam pagum Révfalú, ad Jaurinum situm habuit, studia autem Jaurini, Posonii, Zittaviae et Vitebergae didicit. Redux factus est Pastor Faradiensis, ordinatus tempore exilii Zabeleri, Giraldtini 1 Febr. 1700.

Rectore Georgio Casparo Kirchmayero.

24. *Maj.* Joh. Wohlmuth, Rustensis.

15. *Jul.* Ephraimus Petroselinus, Ruhoviensis Hung.

22. *Sept.* Matthias Knajnaj, Günczensis.

Digitized by Google

1. *Oct.* Daniel Krman, Trenchiniensis. Vir hic ad hunc annum nomen suum syllabo civium Academiae inscripsit. Venit autem hocce anno Vitebergam vice altera, dum ex statione Mijaviensi prima vice depulsus fuisset.

Rectore Joh. Deutschmanno, Theol. Doct.

Anno 1693.

1. *Mart.* Joh. Bartsch, Leutsoviensis.

19. *Apr.* Ephraim Klein, Wagendrüssel Hung. Vitam hujus exposuit consanguineus ejus Klein II, 194.

Rectore Godofredo Strausz, I. V. D.

6. *Maj.* Paulus Singerl, Oedenburgensis Hung.

17. *Sept.* Daniel Dubravius, Szakolczensis. Disputauit de societate civili, 1696.

28. *Sept.* Georg. Spitko, Belensis, qui postquam Vratislaviae, Lipsiae atque Vitebergae studia finivisset, aliquamdiu Kesmarkini Substitutus, postea Szomolnokini Pastor fuit. Ordinatus Bartphae 7. Mart. 1704.

— — Martinus Pelsöczy, Rosenaviensis. Erat ab an. 1703—1705 in patria Nationis Hungaricae, postea in oppido Sáros, Minister.

4. *Oct.* Georg. Róth, Leutsoviensis. Diversus hic est ab altero Georgio Róth, Rectore Scholae Belensis, an. 1684 Pastore in Neer facto.

Rectore Joh. Godofr. Bergero, Med. Doct.

Anno 1694.

14. *Jan.* Georg. Daniel Fridelius, Semproniensis.

Rectore Philippo Ludovico Hanneckenio, Th. Doct.

20. *Oct.* Jonas Coledanus, Újhelyino, Hung. Erat filius alterius Jonae, ab an. 1658 Scho-

Digitized by Google

lae Puchoviensis Rectoris, postmodum Diaconi in Újhely, deinde vero Puchoviensis, Szuloviensis, atque Trenchiniensis Ecclesiae Ministri. Noster qua Pastor Ecclesiae Toportzensis, et Ecclesiarum inferioris fluvii Poprad Senior, aderat in Synodo Rosenbergensi.

3. *Jul.* Samuel Michaelides. Fata et acta ejus ex MS. in lucem protraxit, idque ad ductum Schmalii in vit. Superintend., Klein II, 364. sq.

Rectore Georg. Michaele Hebero, I. V. D.

Anno 1695.

19. *Maj.* Joh. Hradszky, Belensis, qui post reditum Pastor Bottfalvensis, et pater alterius Joannis, de quo inferius, erat.

— — Joh. Adamus Hoffstädterus, Cremniczienſis, quem dissertationem de Somniambulatione etc. scripsisse, Horányi II, 148 perhibet.

— — Joh. Gottfried Tiefftrunk. Magistri Dan. Tiefftrunk Pastoris Modrensis filius, studuit Vitebergae et disputauit teste Klein II, 507.

— — Joh. Heyli, Szakolczensis. Erat circa hunc annum Magister legens Vitebergae, sicuti ex dissertatione ejus de accentu Graecorum, habita, patet.

Rectore Christiano Röhrensee, Phil. Prof.

Anno 1696.

4. *Maj.* Paulus Bornagius, Filcensis Vng. Erat ex posteris Joh. Bornagii ad an. 1628 Rectoris Briznensis, et 1699 Vitebergae edidit: Confessionem de Mysterio SS. Trinit. veterum monimentis succincte illustratam.

Digitized by Google

— — Tobias Führer, Posoniensis. Dum studia isthic confirmaret, Magister Lib. Art. factus est. Electus postea et ordinatus in Ministrum Cassoviensem 1701 feria Andreae.

Rectore Joh. Gottfried Sperlingio, Med. Doct.

Anno 1697.

Mens. Oct. Martinus Westher. Patrem Franciscum, matrem Magdalenam Belugszky, incolas Batovienses, habuit, in patria sub Cantore Simonfalvaio, Cremnitzii sub M. Parschitzio, atque Vitebergae studuit, postea Minister Rikinciensis factus, ordinatus Giraldtini 12 Febr. 1700.

22. *Dec.* Theophilus Ränner, } Posoni-
— — Joh. Heinrich, } enses.

Anno 1698.

3. *Febr.* Lazarus Nuster, } Schemnitzi-
— — Joh. Gottfr. Lang, } enses.

— — Joh. Fischer, vulgo Piscatoris dictus. Natus erat Solnae 30. Nov. 1672 patre Matthaeo, Organoedo ibidem. Studuit Vitebergae, atque etiam gradum Magistri consecutus est, teste Kleinio I, 76 ubi confirmatis studiis, Vratislaviam, illinc Cremniczium in Substitutum vocatus, ac postea Pastor Cremnitzii factus est. 26 Febr. 1703 Kukoviae ordinibus sacris initiatus.

Rectore Joh. Deutschmanno, Theol. Doct.

7. *Nov.* Joh. Fabriczius, Rosenaviensis. Hic quidem Betlériensis proprie erat, sed Rosenauiensem se scribere solitus est. Pater ei fuit Matthias, Ecclesiae Betlér Pastor, a quo an. 1671 vitam accepit. Dum Solnae studeret, respondentem egit Sam. Nigrini scholae ejatis Rectoris, de Consiliis henoticis 1707 disputantis. Apud exteros sumtibus Andreae Jelenjk, Vice-Comitis Gömöriensis, studuit, atque sub praesidio D. Deutsch-

Digitized by Google

manni, dissertationem de Paradisiaca Lege Dei defendit, quae praefato Pro-Comiti dedicata est. Aliam etiam dissertationem de Vegetabilibus magicis inscriptam, edidit 1700. 4. typis expressam, atque Patronis, Paulo Lani, Comitatus Notario, Georgio Varanyai Judlium, et Martino Tóth-Szabados dedicatam. Post reditum Minister Slavonicus erat Cassoviae, inauguratus 1702. Transiit hinc Hövinium 1706, ac iterum hinc 1719 Taxoviam, ubi usque 1734 vixit, ac interea etiam Contubernii Kishontensis Seniorem egit.

Anno 1699.

2. *Jan.* Matthias Unger, Semproniensis.

1. *Maj.* Joh. Burius, Solnensis. Adeptis honoribus Magistri Philosophiae rediit, ac postquam primum Neosolii Rectorem egisset, factus ibidem Nationis Germanicae Pastor, et Contubernii Soliensis Decanus. Certe talis Synodo Rosenbergensi interfuit. Qualem ei litem, ob seu suppressam, seu male custoditam, Parentis (Joh. Burii, Carponensis Pastoris) historiam Hungariae ecclesiasticam, scribat Rotarides, in Lineamentis hist. hung. lit. p. 196. sequ., item in Horányi Mem. I, 374 sq. videre licet.

Rectore Casparo Henrico Hornio.

6. *Jul.* Nicolaus Warga Györi, de Sz. Márton Vng.

14. *Jul.* Georg. Regis, Bakabanyensis. Dum ordinaretur, Vrbiczensem se professus est. Redux Brandorffensium Minister factus, 1701. d. 15. Jan. ordinatus, successor Matthiae Benedicti datus est. Pater ei Laurentius, mater Maria Csernak, Docentes Paulus Michalovitz Bakabányae, Martinus Dubowszky Carponae, M. Parschitzius denique Cremniczii, ubi 5. annis studuerat, erant.

Digitized by Google

Rectore Joh. Baptista Röschelio, Semproniensi Hungaro, Theologiae et Physices Professore publico.

Anno 1700.

9. *Oct.* Joch. Beichel, Caesareopol.

Rectore Ludovico Philippo Hannekenio, Theologiae Doctore.

12. *Nov.* Daniel Reguli, Soliensis. Patre ejusdem nominis 1657 in Diaconum Solnensem ordinato, postea in Újhely ad Kiszuczam, ultimo Cremniczii, Slauorum Pastore, matre Anna Ladiver, natus. Redux Viteberga, fit Schemnitzio-Hodriczensis Pastor, 29. Apr. 1704 Bartphae ordinibus initiatus.

10. *Dec.* Samuel Benkovits, Leutsov. Filius haud dubie Joannis, qui Pastor Bethlemfalvensis, et Vidernikiensis in Scepusio, ac Consenior, Synodo Rosenbergensi interfuit.

— — Tobias Chvistrovitz, Smegnensis Scepusius. Hoc anno a patre, qui Minister Schmegnensis erat, revocatus est, ut ipse testatus erat, dum hoc eodem anno ordinatus fuisset. Idem vero etiam Melchior nominatus videtur, et iterum, haud dubie Ecclesia Schmegnensi ejectus, Vitebergam rediit, ubi 1706, Joh. Blasio in patriam redeunti, cum aliis applaudebat.

— — Georg. Doloviczeni, Tótfalvensis. Pater ei itidem Georgius, Minister Tótfalvensis, mater Anna Matyasowszky erat. Postquam Kesmarkini, Neosolii, atque Posonii annis 12 studuisset, atque studia tum Lipsiae, tum Vitebergae confirmasset, Pastor in Ecclesia Nagy-Szalokiensi constitutus fuit, ordinatus Bartphae, 4. Dec. 1704. Vitebergae dissertationem defendit: de sanguine Christianorum escario, 1702. 4. ibidem editam. Klein I, 408.

Digitized by Google

Rectore Godofr. Strausz, I. V. D.

Anno 1701.

22. *Febr.* Petrus Kis, Körmendino Vng.

30. *Sept.* Daniel Jessenius, Thurocziensis. Dignitatem Magistri Philosophiae, et Poetae caes. laur. consecutus, edidit: Colossum anagrammaticum, quem erexit memor Vitebergae 1603. — Itinerarium Austriaco-Saxonicum, quod 1695 auctore Daniele Jessenio Thurocziensi Vitebergae prodiit, quoque huic adcripserim.

— — Andreas Grosz, Scepusiensis. Ortum Rev. Paulo Grosz et Susannae Fischer debuit, 1680 Kesmarkini. Ab exteris reversus, primum Solnae Rectorem, postea Leutsoviae Slavorum Pastorem ab an. 1706 egit, ubi 1755 mortuus est.

Rectore Christiano Vater, Phil. et Med. Doct.

20. *Oct.* Nicolaus Privigyei, Noh. Pannon.

Anno 1702.

4. *Jan.* Steph. Károlyi, Szerginio Castrif. Vng. Ordinatus per Steph. Pilarik an. 1706. d. 3. Maji Jaurinum.

Rectore Joh. Christoph. Vichmannhausen, L. L. OO. Prof.

12. *Oct.* Joannes Sculteti, Modrensis. Virum hujus nominis, qui etiam Magister Artium in Academiis sit creatus, Scholam Modrensem sub initio sec. XVIII. rexisse, Gymnasiol. Rezikii testatur.

— — Dan. Sztranszky, Galgocziensis.

Rectore Joh. Henrico Bergero.

Anno 1703.

18. *Jul.* Georg. Lycius, Schemnitziensis. Ordinatus per Steph. Pilarik an. 1706. d. 28. Jan. ad N. Isztrikam.

Digitized by Google

— — Joh. Feller, Schemnitziensis. Dissertationem edidit: de Propositionibus personalibus, Vitebergae 1702.

Rectore Paulo Godofr. Sperlingio, Med. Doct.

19. *Dec.* Matthias Wissnouszky, Liptoviensis Teuto-Liptsa. Ordinatus per Steph. Pilarik ad Ecclesiam Szutsensem, in Junio 1708.

— — Samuel Kephalides. Breui tempore isthic moratus, Halas discessit. Erat post reditum Rosenaviensium Pastor ordinatus Csetnekini 8. Jul. 1705.

Rectore Georgio Friderico Schroëro, Log. et Metaph. Prof.

Anno 1704.

25. *Jan.* Paulus Simonides, Radvaniensis. Filius Joannis, cujus ad an. 1676 facta mentio. Vitam ejus exhibet Klein II, 244. — Vitebergae sub Vernsdorffio, de Perpetuitate Ecclesiae disputauit.

Rectore Joh. Deutschmanno, Theol. Doct.

3. *Febr.* Joh. Hagara, Neosol. Redux in Patriam factus est Minister in Valle Dominorum, teste Matrica Sup. Mont. 1706. 15. Junii ordin. Hinc in exilium ejectus, ad Neogradienses transiit, ubi 1710. qua Minister Lonyobanyensis legibus subscribebat. Notata b. Matth. Schulek me docent, eum hinc Cremnitzium 1715 transivisse, iterum 1719 horsum redivisse, ubi teste Matrica 1730 sit mortuus.

— — Joh. Clement, Neosol. Ordinatum esse ad Ecclesiam Kunischhoff, idque 1706, 7. Oct. factum, Matrica Superint. testatur.

29. *Apr.* Joh. Blasius, Thurocz., cujus fata et acta Horányi I, 303. recenset.

Digitized by Google

— — Melchior Quiskovitz, Joanni Blasio 1706 redeunti, carmine germanico applaudebat. Erat Smegnensis ex Scepusio, Tobiae, hoc eodem an. eorsum in Ministrum ordinati, frater. Vid. Mat. Ord a Jacobo Zablero.

— — Samuel Nigrinyi, Düllnensis. Erat post reditum Scholae Solnensis Rector, et auctor libri: Consiliorum henoticorum etc. Solnae 1707. Ordinatus per Steph. Pilarik Tyrnauiam d. 15. Julii 1708.

— — Samuel Bohus, Neosol. qui Felső Petheöfalva Hungarum se declaravit, dum 1708 Joanni Blasio domum redeunti, cum reliquis Civibus Hungaris, applausum daret.

— — Joh. Virgilius Freyseysen, Cremnitz. Ordinatus in Pastorem Leibitzium 8. Aug. an. 1712, teste Kleinio I, 386.

Rectore Casparo Henrico Hornio.
Anno 1705.

18. *Jul.* Martinus Regis, Liptoviensis. Natus in oppido Bobrotz, circa 1768. Parentibus, multum adhuc puer, orbatus, miseram in adolescentia egit vitam, studia autem in patria, Szentivanini, N. Palugyae, Kesmarkini, Carpo nae atque Cremnitzii didicit. Unde ad regendam Scholam Fülekinum vocatus transiit, hinc autem collecto aere Vitebergam. Redux fit 1708 Rector Radvánii, 1710 Carponae Ecclesiastes, ordinatus an. eodem 10. Jan. Schemnitzii. Sed hinc post sex septimanarum spatium exulare coactus, denuo Radvánii et quidem in privato delituit. Vocatus postea Rosenaviam transiit, ubi, et in Berzethe, officio quoque Senioris in Contubernio Gömöriensi defunctus, usque 4. Mart. 1737 vixit, qua apoplexia tactus obiit. Vitebergae dissertationem sub titulo: Ember non Ember, conscripsit.

— — Samuel Zelenka, Keroviensis.

Digitized by Google

Rectore Joh. Frider. Augusto Principe, et Electoratus Saxoniae haerede.

29. *Oct.* Joh. Georg. Sixtus, Modrensis.

19. *Nov.* Joh. Thurzo, Trenchiniensis. Erat post reditum Pastor in Neczpall et Contubernii Senior. Dum Vitebergae studeret sub praesidio Pauli Berger 1707 disputauit de montibus Hor et Nebo.

Pro-Rectore Joh. Guil. Berger.

Anno 1706.

16. *Jul.* Joh. Hambacher, Leutsov.

12. *Oct.* Godofr. Thern, Leutsoviensis. Natus fuit patre Joanne, matre Barbara Crudi, studiis in patria sub Samuele Günthero operam navabat, quae postquam triennio Vitebergae confirmasset, 1710. d. 6. Novembris Csetnekini se ordinatum quidem testatus est, ast non indicavit, a quo coetu vocatus fuerit.

Pro-Rectore Joh. Georg. Neumann, Theol. Prof.

24. *Oct.* Mich. Lange, Vagendrüslensis. Ordinatus per Steph. Pilarik d. 18. Dec. 1706. pro Pastore Castrensi.

21. *Nov.* Jacobus Schnaus, Neosol.

— — Jeremias Nicletius, Neosol. Rediit fere post quinquennium, factus coetus Zlatoviensis Minister, eumque in finem 18. Jul. 1712, teste Kleinio I, 386 ordinatus. Transiit postea ad Slavos Bartphenses, apud quos circa an. 1741 Ministrum egit.

— — Mich. Krumbholtz, Olasziensis. Erat filius Andreae Krumbholtz et Susannae Spenglerin, qui postquam in patria Eperiesini, atque Vitebergae in studia incubuisset, redux in patria Olaszini Minister factus est, ordinatus 29. Mart. 1713 Eperiesini a Schwartzio, unde subsequo tempore ad Bartphenses Germanos transiit.

Digitized by Google

27. *Nov.* Joh. Kogler vel Knogler, Neosol. Reperio fuisse Schemnitzii 1754 Docentem et musicum ad scholam Evangelicam.

16. *Dec.* Jeremias Jesovits, Leutsov.

Pro-Rectore Joh. Balthasaro Wernhero, Prof. Pandect.

Anno 1707.

14. *Sept.* Joh. Georg. Hermannus, Cassoviensis. Factus post reditum in patria Diaconus Ecclesiae germanicae, ordinatus Eperiesini 23. Jul. 1711, unde Eperiesinum translatus fuit in Ministrum, ab inde vero iterum Cassoviam revocatus, mortuus ibidem 1747.

17. *Sept.* Joh. Christoph. Dekard, Semproniensis. Commentationem Joh. Sigismundi Pilgram in Cap. IX. ad Romanos latino idiomate, cujus egregie gnarus erat, reddidit, Jenae 1746 typis excusam. Auspicatus est munus Rectoris Scholae Semproniensis 1712; at 1732 illo se exuit. Quae ediderit commemorat Klein I, 140.

12. *Oct.* Matthaeus Hanckius, Libethensis. Erat 1714 Minister in Turicska; 1722 d. 4. Nov. ad Ecclesiam Kokaviensem introductus, Legibus Fraternitatis Kishontanae subscripsit. Fuit etiam Contubernii Senior, 1736 mortuus, 3. Julii contumulatus.

Pro-Rectore Christiano Vater, Phil. Prof.

8. *Nov.* Georg. Bohuss, Novisol. alias Szenitzky adpellatus. Erat post reditum Schemnitzii per tempus informator, postea Lycei Kesmarkiensis Rector, simulque Ecclesiae Slavonicae Diaconus; mortuus ibidem 1722 d. 23. Maji. Inclaruit Panegyrico, quem Imp. Carolo VI. an. 1713 scripserat, viris utriusque ordinis, imprimis Senatoribus Kesmark. dedicatum; item de-

Digitized by Google

scriptione I. Comitatus Scepusiensis geographico-historica. Klein II, 77; et Genersich. l. c. II, 302.

Anno 1708.

27. *Apr.* Georg. Gürtlerus, Dülnensis

Pro-Rectore Gottliebo Wernsdorff, Theol. Doct.

— *Oct.* Petrus Wiczay; vulgo Molnár. Pater ei Petrus Molnár, mater Margaretha Csoy, locus natalis vicus Vicza in Insula Rábaköz Comitatus Semproniensis situs, erat. Studuit Trenchinii, Leutsoviae, Neosolii, Carponae, Cassoviae atque Eperiesini, apud Exteros vero Gryphisvaldae et Vitebergae, idque sumtibus Senatus Eperiesiensis. Redux Cassoviae Minister Hungaricus evasit, ord. a Schwartzio Eperiesini 11. Mart. an. 1712.

19. *Oct.* Andreas Blaho, Oszorulcz.

— — Joh. Kuzmány, Blatnicza Thurocz. Redux, fit Moschoviae, et hinc exturbatus, Ivankofalvae Rector, unde elapsis 12 annis ad Ecclesiam Krenczensem transiit, ex qua postquam itidem pulsus fuisset, aulicum Bitsae L. B. Calisii concionatorem egit. Factus est ultimo Ecclesiae Maskoviensis Minister, ubi et mortuus perhibetur.

— — Petrus Toperczer, Várallyiensis Vng.

Pro-Rectore Georgio Bayero, I. V. et Pandect. Prof.

Anno 1709.

2. *Maj.* Andreas Fabri, Menhardi-villa Scepusius.

— — Jonas Nigrini, Dülnensis.

7. *Maj.* Fridericus Karpe, Neosol. Erat is post reditum Neczpalini primum, postea Neosolii, Rector, Paulo Simonides successor da-

Digitized by Google

tus, teste Kleinio, II, 245. Edidit dissertationem de Ecclesia plantata ex 1 Cor. III, 6. In M. S. reliquit teste Schmalio in Prolegom. Advers. ad Hist. Eccl., 1.) Historiam vexationis sub Leopoldo, ex schedis Masniczii, Simonidis et aliorum collectam. 2.) Historiam Calvinismi in Hungariam inducti.

12. *Jun.* Leopoldus Gottfried a Smidegg, } Cremnitzienses.
— — Joh. Sigismundus Vindig, }

27. *Jul.* Elias Fischer, Remete Scepus. Hung. Vitam ejus recentissime exhibuit Genersich in Mem. Kesm. II, 255. Nos Superintendentem Districtus Cis-Tibiscani fuisse, monemus.

6. Aug. Alexander Kray, Kesmarkiensis. Filius Jacobi, Bartpha Kesmarkinum delati ac Notarii Civitatis facti, cujus vitam exposuit Genersich lib. cit. II, 24, 48. Pater alterius Jacobi, 1709 capite plexi, avus denique Pauli Kray Generalis.

— — Daniel Lány, Kesmark. de quo Klein II, 2, et Genersich II, 255.

— — Joh. Richter, Modrensis. Pater ei itidem Johannes, mater Susanna Szontagh erat, quorum auxilio studia in patria atque Eperiesini sub Joh. Rezikio didicit, Vitebergae confirmauit. Redux publica statione diu caruit, ac tantum 1731 Diaconus Eperiesini constitutus fuit, sacris ordinibus d. 4. Febr. a. c. initiatus.

24. *Sept.* Elias Hagner, Nicogartazensis.

3. *Oct.* Stephanus Bachmegyei, Trenchiniensis. Vitam et scripta viri hujus Horányi I, 206 exposuit, quibus tamen addendum est, eum Vitebergam Dantisco, ubi prius studuit, venisse, operamque Medicinae dedisse. Post reditum erat aliquamdiu Provincialis Gömöriensi-

Digitized by Google

um Physicus. Cf. Hist. Com. Gömör. ven. Patris mei. Caeterum de ejus otiis Schmal in Advers. ad Hist. Eccl. eorumque Prolegg. ita scribit: Scriptum hoc barbarum, mendax, et propter multas calumnias iniquissimum, ab alio auctore profectum esse.

14. *Oct.* Martinus Casparus Fabry, Leutsoviensis.

— — Daniel Hoock, Neosoliens.

Pro-Rectore Joh. Godofredo Bergero.

19. *Dec.* Petrus Magulács, Alnoviensis. Originem Petro Magulács et Dorotheae Pjatko debuit, a quibus domi, Osgyanini Rosnaviacque educabatur. Vitebergae existens, ex aerario Comitatus Gömör. Rf. 30 titulo auxilii accepit. Redux Scholae Gömöriensi ab an. 1713—1717 praefuit, ex qua ad Ecclesiam Szinobányensem transiit; ordinatus Csetnekini per Sam. Antonium Superattendentem d. 6. Jul. 1717, Szinobánya Rimabányam 1721 commigravit, ubi 1748 diem supremum obiit. Auctor est dissertationis: de Plirophoria Justificatorum, Vitebergae 1713. Filium habuit Michaelem, de quo infra, Petrum item, suo tempore famosum Scholae Osgyanensis Rectorem, sed fato infelici denatum.

— — Joh. Benedeck, Rosenaviensis. Vocabatur etiam Kerekö, studuitque Vitebergae sumtibus patriae urbis, d. 6. Oct. 1711. casu infelici vita privatus, teste Kleinio II, 450.

— — Michael Plenyner, Hung.

Pro-Rectore Conrado Sam. Schurtzfleischio.

Anno 1710.

6. *Maj.* Joh. Szeff, Semproniensis (erit haud dubie Szép).

Google

Pro-Rectore Henrico Feustkindio, Theol. Doct.

Anno 1711.

27. *Apr.* Joh. Sröter, Soliensis. Venit Vitebergam Dantisco.

Pro-Rectore Mich. Henrico Gribner, I. V. D.

21. *Jul.* Samuel Sartorius, Csetnekiensis. Natus P. Elia Sartorio, matre Cathar. Bodo. Studuit in patria, Alnoviae atque Carponae, apud exteros Vratislaviae, Dantisci et Vitebergae. Redux, praefuit sexennium Scholae Köviensi, vocatus inde Nyustam in Ministrum, ordinatusque eum in finem d. 19. Mart. 1723, ubi usque 1743 vixit.

23. *Jul:* Zacharias Deckard, Semproniens.

25. *Aug.* Georgius Francisci, Leutsoviensis. Absolutis Leutsoviae, Eperiesini, Gedani atque Vitebergae studiis, Bartphae Provinciam Rectoris Scholae 1718 administrandam suscepit, qua, post medium annum, ob male actam vitam decedere jussus, Thorunum in Borussiam commigravit.

Pro-Rectore Christ. Vater, Phil. Doct. et Physic. Prof.

28. *Nov.* Joh. Schmid, Alnoviensis. Natus 1692 d. 29. Aug. patre Andrea, matre Sophia Csuka, litteris Kövinii sub Sam. Martschek, Alnoviae sub Steph. Chlenini, Csetnekini sub Andr. Fabriczio, Rosenaviae sub Mich. Mischovicz, Neosoliique operam navabat, eas postea Vitebergae confirmans. Reversus in patriam 1715 proli Alexii Plathy praefuit triennio, ex qua privata statione ad publicam, in Ministrum quippe Neczpallensem vocatus, Csetnekini 20 Febr. 1718 fuit ordinatus. Transiit, subsequo tempore, ex Neczpall ad Dacsolam.

Digitized by Google

Anno 1712.

12. *Apr.* Abrah. Aegydius Dobnerus, Semproniens. Hung. a Rautenhoff.

Pro-Rectore Andrea Planer, sub. Mathemat. Prof.

18. *Maj.* David Frühhauff, Leutsoviens. de quo Klein I, 78 agit.

23. *Jul.* Michael Krmann, Miaviensis. Erat filius Danielis Superattendentis, ac post reditum a d. 20. Oct. 1716, qua ordinatus erat, Diaconus Miaviensis, postea in oppido Krajna V. D. Praeco.

12. *Oct.* Joh. Christoph. Poch, Sempronjensis.

Pro-Rectore Gottliebo Wernsdorffio, Theol. Doct. et Praeposito.

19. *Nov.* Joh. Legler, Schemnitz. Patre cognomine, matre Dorothea Schulleria natus, absolutis intra et extra patriam studiis fit Schemnitzii Sub-Rector, dein Kesmarkini Con-Rector, porro Menhardivillae Minister, ord. 2. Jan. 1736, ubi 1748 vivere desiit.

Anno 1713.

2. *Jan.* Gabriel Pelargus, Nob. Vng.

— — Alexander Gerhardt, Nob. Vng.

10. *Mart.* Michael Schildberger, Semproniensis.

Pro-Rectore Joh. Balthasaro Wernhero, I. V. Professore.

23. *Jul.* Josephus Richter, Schemnitziensis.

4. *Aug.* Elias Sartorius, Cassoviensis, quem reducem Ministrum in patria urbe fuisse Klein lib. cit. II, 385 perhibet.

6. *Oct.* Andr. Pauer, Hung.

— — Daniel Fischer, Kesmarkiensis, cujus vitam et labores recenset doctiss. Horányi, lib. cit. I, 677, et Genersich lib. cit. II, 42.

lib.

Digitized by Google

12. *Oct.* Josephus Eccard, Kesmarkiensis. Erat filius Andreae Rectoris Kesmarkiensis, et Nepos M. Abrahami Eperiesiensis et Leibiczensis Ecclesiarum Ministri.

13. *Oct.* Georg. Lendvay, Felsö-Lendvaensis.

— — Georg. Buchholtz junior. Hoc eodem anno domum rediit, ubi prius ab an. 1708 Dantisci, Gryphisvaldae item, litteris operam navasset. Redux, factus est 1714 primum Nagy-Palugyae, postea 1723 Kesmarkini Scholae Rector, ubi 1737 diem supremum obiit. Plura de eo habet Genersich lib. cit. II, 303 seq. et Horányi in Nov. Mem. p. 611 sq. ubi conatus ejus litterarii prolixe recensentur.

Pro-Rectore Joan. Godofr. Bergero, Med. Doct.

Anno 1714.

1. *Mart.* Franciscus Horváth, Legind. Vng.

— — Christoph. Mazsárius, Vetusoliens. Erat haud dubie filius alterius Christophori, ad an. 1674 notati.

Pro-Rectore Henrico Klausio, Theol. Doct.

16. *Maj.* Georgius Gerhardt, Veterosoliensis.

20. *Maj.* Andreas Parvi, Solnensis.

— — Steph. Bodczay, Nob. Castrif. Kolthensis. Pater ei Georgius, mater Eva Lendvay erat. Terminatis Jaurini, Neosolii, atque Vitebergae studiis, in Ecclesia Kún-Taploczensi Minister factus est, ordinatus 1720. Kún-Taplocza 1724 Osgyaninum transiit, Legibusque Fraternitatis Kis-Honth, mense Majo ejusdem anni, teste matrica Senioratus Kis-Honthani, subscripsit.

27. *Jun.* Jeremias Pilarik, Soliensis. Agit de eo Klein lib. cit. II, 391. Nos Superinten-

Digitized by Google

dentem fuisse, atque Samueli Michaelides successisse, notamus.

Pro-Rectore Martino Chladenio, Theol. Doct.

18. *Oct.* Martinus Dévay, Kesmark. Fuit post reditum Pastor Cassoviae, ordinatus 2. Mart. 1717. de quo plura apud Kleinium II, 129. sq.

Pro-Rectore Casparo Henrico Hernio, I. V. D.

Anno 1715.

4. *Jun.* Joh. Matolay, Veterosoliensis. Auctor est Commentationis physico-medicae: de Vini Tokajensis cultura, inscriptae. Vid. Horányi II, 686.

— — Daniel Hajnoczy, Vágh-Beszterczino Vng. inscriptus gratis. Hunc Klein lib. cit. I, 298 Jenae quoque studuisse atque societatis latinae Jenensis membrum factum esse asserit. Horányi autem II, 68 laborum ejus litterariorum meminit. Erat is post reditum Con-Rector, postea Rector, Sopronii, mortuus ibidem 1747, ut patet, ex: Supremo officii munere 1747 exsoluto a Christiano Deccardo, socero ejus, et simul Sempronii Rectore, conscripto, atque an. eodem Jenae litteris Joh. Christoph. Croecken excuso, — item ex sermone funebri, quem Joh. Godofr. Oertel in Exequiis ejus habuit, et itidem Jenae edidit. Epistola, qua noster Daniel Joanni Sipkovits 1742 renunciato Superintendenti, sacram illam provinciam gratulabatur, Superintendentes, qui trans Danubium rebus Evangelicis praefuerant, strictim percensuit.

9. *Aug.* Franciscus Temlin, Muray-Szombathensis Vng. gratis.

Pro-Rectore Ernesto Christ. Schroeter, Log. et Metaph. Prof.

Anno 1716.

19. *Jul.* Martinus Dubowszky, Carponensis. Erat is filius alterius Martini, de quo

Digitized by Google

ad an. 1776 egimus, et post reditum Rector Bartphensis Scholae, mortuus ibidem 1741.

— — Samuel Rosner, Leutsoviensis. Natus Bartphae 1693. Destitutus sumtibus Paedagogum in Saxonia egit, et demum 1727 in patriam redux, sequenti anno Scholae Leutsoviensis Con-Rector factus, 1729 Diaconus nationis germanicae constitutus, et ordinatus fuit.

— — Adamus Simonides, Liptoviensis. Factus subseque in Padár V. D. M.

— — Michael Hertelius, Scepusiensis. Rediit 1719, atque sequenti 1720 d. 20. Mart. ad villam Russicam in Scepusio (Riszdorff) ordinatus est.

Pro-Rectore Joan. Frider. Schroër, Theol. Doctore.

20. *Oct.* Joh. Gottfried Ertel, Cremnitz. Patrem Paulum civem atque Senatorem Cremniczienſem, matrem Annam Pinneriam habuit. Rediit ab exteris 1720, eodem Osgyaniensium Minister factus. Hinc Neosolium abiit, ubi primum utrique nationi, postea vero Elia Sartorio mortuo, Germanis solis a Sacris fuit. 1737 Sempronium concessit. Quamvis autem natione Teuto fuerit, tamen complures, eosque pretiosissimos composuit slavicos hymnos. Labores ejus recenset Horányi II, 692, quibus addendus est Sermo in Exequiis Hajnoczianis dictus, atque sub titulo: Die wohl und mit Ruhm vor Gott abgelegte Rechnung eines zur Ruhe gehenden Schulmannes, Jenae 1747. 4.

Anno 1714.

16. *Febr.* Samuel Hruskovitz, Carponensis. Vitam ejus atque labores Klein II, 250; Schmal item in Vitis Superintend. descripsit.

Digitized by Google

— — Andreas Janossik, Istebna Arvensis.

22. *Apr.* Jacobus Salcovius, Kesmark. Erat filius Jacobi Salcovii, Senatoris Kesmarkiensis, atque Annae Philippi. Qui postquam Vratislaviae atque Vitebergae litteris imbutus fuisset, Con-Rectoris munus in patria annis 12 gessit, quibus expletis, Menhardivillam in Ministrum Csetnekini, d. 18. Martii 1729 ordinatus est. Hinc 1731 Topscham transiit, et qua Pastor Topschensis d. 25 Junni anni ejusdem legibus Contubernii Gömöriensis subscripsit. Hac in statione usque an. 1753 mansit, quo mortuus est. Genersich l. c. vitam privatam apud filium cognominem Popradiensem Pastorem duxisse, ac aetate provectum decessisse, scribit.

Pro-Rectore Mich. Henrico Gribner, I. V. D.

7. *Maj.* Casparus Müllerus, Kesmarkiensis. Erat ab anno 1715 — 27 Rector Scholae Topschensis. Vid. Memor. Provinciae Csetnek.

22. *Maj.* Joh. Jacob. Neuhold, Semproniensis.

27. *Sept.* Matthias Augustini, Nicopolitanus. Natus Nicopoli, in diversis patriae Scholis, cum primis Sopronii sub Deccardo studuit, et confirmatis Vitebergae studiis, apud Neczpallenses Scholae Rector primum, postea V. D. M. constitutus; utrobique cum prolixa utilitate laborauit. Neczpallino ad Ecclesiam Krajnensem, ac hinc 1733 Trenchinium transiit, ubi simul in Contubernio Senioris officio defunctus est. Orbi litterario duplici libello, altero de praeparatione ad mortem, altero de patientia, utroque slavonice conscripto et 1734 evulgato, inclaruit.

— — Joh. Strigner, Restiriensis, qui absolutis patriis scholis adiit Transylvaniam, pe-

Digitized by Google

regrinatus per Turciam, invisit Constantinopolim, dein convenit Benderae manentem Carolum XII Regem Sveciae, impetratoque ab eo stipendio Gryphisvaldam venit, mansitque ibidem usque 1713, postea Halas usque 1717 coluit, tum Jenam atque Vitebergam invisit. Post reditum ob suspicionem Pietismi multa passus, et ab Ecclesia Taxoviensi depulsus, postremo Geczelfalvam 1720 ordinatus, ultimo Ratkoviae qua Minister vixit.

Pro-Rectore Adamo Bendelio, Phil. et Med. Doct.

Anno 1718.

30. *Mart.* Laurentius Graff.

Pro-Rectore Martino Hassen, Moral. et Civil. Prof.

29. *Jul.* Georgius Ambrosius, Kubinio Arvensis. Lucem adspexit in Alsó-Kubin d. 18. Apr. 1694, natus parentibus nobili Matthia Ambrosio, atque Susanna Kubacskay. Prima litterarum fundamenta in Schola patria ab an. 1703 jecit, posthac sub Zacharia Petrovitzio in schola articulari Lesthinensi, Kesmarkini item sub Georgio Bohuss, Berzethini ab an. 1714, atque Eperiesini studuit. Vitebergae manens dissertationem sub Wernsdorffio: de Causis turbarum in Ecclesia d. 11. Maji 1721 defendit. Reducem per Silesiam ab exteris Poloni intercepere, ac deductum Cracoviam velut clancularium Evangelicum Pastorem in carceribus detinuere, ex quibus post sex et decem septimanarum spatium, intercessione Josephi Okolitsányi, Comit. Arvensis Vice-Comitis, eliberatus, supplicium, quod ei jam dictatum erat, evitavit. Ita reversus Rector Neczpallini constituitur. 1724 ad Ecclesiam Varboczensem, auctoritate Krmanii evocatus, transivit, unde 1731 in exilium actus, brevi post iterum in Ecclesia Pritrsdensi Minister constitutus fuit, quam 1738 cum Csetnekiensi permutavit. 1741 d. 16.

Digitized by Google

Februarii in Superintendentem electus est, quod officium usque 1746, diem 5. Julii, quae ei suprema fuit, gessit. Scripsit in gratiam Slavorum plura: 1.) Dwogj Katechyſmus vcénj Křeſtánſkého pro Mládéž wétſj yménſſj etc. an. 1738. 12. 2.) Gruntownj wyſwétlenj Katechyſmu etc. eodem an. 3.) Rozebránj Čaſtek některych Katechyſmu D. M. Luthera 1745 in 12. 4.) Přjprawa k Smrti 1742. 5.) Gadro Křeſtanſkého Kwang, Včenj 1745. 4. Vitam ejus copiose enarravit Schmal in vit. Superintend.

Pro-Rectore Gottfriedo Wernsdorf, Theol. Doct.

Anno 1719.

4. *Apr.* Andeas Weinert, Leutsov. Antequam rediret dissertationem 1722 de Cautelis circa id, quod in Religione et Theologia Practicum dicitur, conscripsit, atque gradum Magistri consecutus est. Redux scholae patriae primum Con-Rector, postea Rector, ultimo ab an. 1729 Eperiesini Minister fuit. Fratrem habuit Samuelem, Scholae Leutsoviensis Rectorem longe clarissimum, de quo infra.

Rectore Christiano Bastinerlero, I. V. D.

5. *Oct.* Joh. Sartorius, Rosenaviensis. Vir iste bis Leucoream adiit. Nimirum hocce, ac iterum 1729 anno. Protocollon ciuium, quod Vitebergae est, perhibet, eum prius Berolini, militiae ex Hungaris lectae Concionatorem fuisse, deinde ob controversias quasdam, ibidem subsistere non valentem in Hungariam rediisse, cum Paulo Major Rosenauiam candidatum, spe excidisse, Dictionarium Hungaricum, et Catechesim 1723 edidisse, postremo in privato Csetnekini an. 1740 vitam conclusisse. Fata ejus aliter narrat Gymnas. Rezikio Matthaeidessiana. Juxta hanc, in patriam redux, fortunam ubique obstantem ex-

Digitized by Google

periebatur. Aliquamdiu priuatum egit informatorem in Assakürth usque 1724, postea Nagy-Palugyam in Rectorem vocatus, in suspicionem quandam incidit. Idem Documentum adversis rebus exarcebatum sub clientela Davidis Frühauff Pastoris Topschensis, privatam vitam duxisse, perhibet.

10. *Oct.* Paulus Jacobaei, Berentsino-Pritrzd-Nitriensis. Redux ab Exteris prius Rectorem Scholae, postea Slavorum Pastorem apud Modrenses egit, suo Thesauro precum et libro Cantionum funebrium edito, Slavis notissimus.

Rectore Jo. Frid. Bergero.

15. *Oct.* Joh. Thurzo, Radvaniensis. Factus est post reditum Rector Scholae Trenchiniensis. Idem an. 1722 d. 5. Apr. in aulicum DD. Sándor Pastorem, ordinatus fuit.

Rectore Martino Gotthelf Loeschero.
Anno 1720.

11. *Maj.* Petrus Lendray, Tótfalvensis, alias etiam Petrus Paulus audit. Pater ejus Emericus Matyasowszky Advocatus, mater Lindverinn vocabatur, quibus parentibus Tótfalvae in Scepusio 1697 d. 13. Junii natus erat. Studia Kesmarkini, atque Posonii didicit. Redux Viteberga an. 1722 prius Kesmarkini extraordinarium et interimalem Rectorem per 25 hebdomadas, postea Csetnekini septem prope annis Rectorem Scholae ordinarium egit; porro an. 1730 mense Januario Leutsoviae a Christiano Pfanschmiedio in Ministrum Ecclesiae Slavonicae Eperiesiensis est ordinatus.

Rectore Martino Chladenio, Theol. Doct. et Praeposito.

26. *Oct.* Adamus Tapler, Német-Vngvariensis Vng.

Digitized by Google

— — Joh. Pelcz, Günziensis.

Anno 1721.

15. *Apr.* Georgius Sartorius, Rahovia Vng. Natales Georgio Sartorio et Dorotheae Zablanowszky debuit, Rahoviae in Aprili 1698. Litteris in patria sub Sam. Bubenka, Osgyanini sub Lebussio, Gömörini sub Magulacsio, Kesmarkini sub Georgio Bohuss, ultimo Neosolii sub Simonide, operam dabat. Redux ab exteris Rector Scholae Cremnitziensis 1723. d. 5. Nov. factus, eam 14 annis rexit. Transiit postea Kesmarkinum, ubi et Scholae primarium Docentem, et Slavorum Diaconum annis itidem 14, scilicet usque an. 1752 egit, cujus sub exordium in Ministrum Batisfalvensem ordinatus est, ubi 1760 vivere desiit. Genersich in Memorab. Kesmark. II, 310. frustra Puchoviensem fuisse scribit. Rahoviensem enim scribere debuisset, quod alias etiam extra controversiam positum est.

19. *Apr.* Michael Dlhanyi, Breznoviensis.

Rectore Godofr. Ludov. Mencken, Pandectarum Professore.

8. *Jul.* Joh. Longay, Vetusoliensis. Studuit ante exitum usque an. 1717 Eperiesini sub Matthaeide. Expleto Vitebergae sexennio rediit 1727. d. 12 Jul. factus Eperiesini Scholae Rector, ubi 1749 vitam cum morte commutauit.

3. *Oct.* Sigismundus Stettner, Castriferrensis.

Rectore Georgio Friderico Schroër, Theologiae Professore.

22. *Nov.* Joh. Beracs, Ratkoviensis. Redux, ordinatus fuit ad Ecclesiam Arnothensem d. 10. Jan. 1726.

Digitized by Google

13. *Dec.* Joh. Szíj, ex Insula Rábaköz de Sz. András.

— Joh. Greczius, Rosenaviensis. Rediit 10. Dec. 1725. Exacto biennio in priuato ad Ecclesiam Szirma-Bessenyensem vocatus, Csetnekini mense Septembri sacris ordinibus est initiatus. Idem postea adamato quodam scorto, de statione hac decessit, et sua agendi vivendique ratione Dominum terrestrem Szirmayum eo permouit, ut Ecclesiam sufferret. Schmal in vit. Superintendentum.

Anno 1723.

26. *Apr.* Joh. Frider. Michaelides, Neosol. Patre Samuele, matre Catharina Gobia sub initio Aprilis 1703 Modrae natus. Post jacta litterarum fundamenta Trenchinii, Neosolii atque Cremniczii, Jaurini, iterumque Neosolii, ac postremo Sempronii studuit. Reversus ab Exteris ad latus fuit aliquamdiu Sam. Matthaeidae Eperiesini, unde ad Ecclesiam Aszodiensem promotus d. 22. Sept. 1727 Csetnekini est ordinatus. Hanc suam stationem subsequo tempore cum Marothensi, Joh. Micsinszkyo ibidem fatis functo successor datus, commutauit, atque ibi existens simul Seniorem Contubernii Nagy-Honthensis egit.

— — Samuel Szeverini, Garamszegiensis. Factus postea Poltariensis Minister, an. circiter 1790 mortuus.

Rectore Christoph. Henrico Nobili de Berger, Comite Palatino.

27. *Aug.* Matthias Olamius, Alsó-Stregova Neogr. Hujus opera et impensa periit. Nullam unquam stationem fixam consecutus, perpetuus aliorum hospes erat.

9. *Oct.* Joh. Sztranszky, Galgocziensis. Hic dum 1727 in Ministrum Kürtössiensem

Digitized by Google

ordinaretur, Topolcsino Nitriensem se scripsit, eratque ultimo Alsó - Stregoviensis Ecclesiae Praeco.

— — Michael Colophon, Arvensis. Erat postea L. B. Pauli de Réva in Arce Styawnicska aulicus Concionator.

— — Georg. Sarossy. Dum 1725 domum redux d. 13. Sept. in Ministrum Nagy-Banyensem ordinaretur, biennio se Vitebergae studuisse, testatus est. Vid. Indice m ord. a Joh. Schwartzio Superintendente.

Rectore Joh. Friderico Weidlero, Mathem. sub. Prof.

Anno 1724.

6. *Maj.* Nicolaus Glitz, Schemnitz. Patriam repetiit 14 Jun. 1727, factus postea ad Scholam Neosoliensem Docens.

— — Joh. Blaho, Neosol. Natus Neosolii 4. Jul. 1700., patre Johanne, matre Catharina Czižik, ejatibus civibus; litteras Rimaszombathini Sopronii que didicit, Vitebergae confirmauit. Reversus in patriam, Rahoviae reu. Joh. Mitsinszky successit, ordinatus d. 23. Apr. an. 1728 Hinc anno 1735 ad Szennenses transiit, apud quos 1740 diem supremum obiit.

— — Georg. Sagrovszky, Caesareofo rensis.

8. *Jul.* Joh. Szalay, Alnoviensis. 1725 d. 26. Febr. ad Ecclesiam Csabensem ordinatus, qui vero ab an. 1729 Restiriensium Pastor erat.

14. *Oct.* Martinus Wandlik, Veterosol. Expleto Vitebergae duorum annorum spatio, rediit in patriam 30. Oct. 1726, factus primum Rector, postea Minister Tamassini, ordinatus 27. Febr. 1730.

Digitized by Google

Rectore Joh. Guil. Jano, Theol. Doct.

23. *Oct.* Mich. Honorius Ebner, Semproniens. Rediit 4. Nov. 1730.

— — Georg Lepossai, Hodossiensis. Rediit 5. *Oct.* 1726.

28. *Nov.* Joh. Hradszky, Nitriensis, de quo Schmal ita: patre ejusdem nominis, Pastore Bottfalvensi, matre Anna Korbéli 1701 natus. Studuit Trenchinii, Neosolii, Eperiesini et Zittauiae in superiori Lusatia, 1719 Lipsiam, et post semestre Halam delatus, unde 1724 domum redux iterum Vitebergam accessit, et post paucum tempus a B. Porstio Berolinum vocatus, in aulam Ill. Baronis de Vobeser commendatus fuit, ubi sex integros annos exegit. A parentibus postremo reuocatus, non sine difficultate, Ecclesiae Krajnensis Minister fuit constitutus, ordinatus 2. Mart. 1732 anno.

Anno 1725.

20. *Apr.* Andreas Martschek, Arvensis. Erat Con-Rector apud Schemnitzienses, testibus Annalibus Schemnitziensibus, Tom. I. p. 112. circa an. 1770 mortuus.

— — Georg. Komzil. Natus in Comitatu Liptoviensi, sed educatus in Gömöriensi. Cremnitzio abiit ad Exteros. Postquam 1728 d. 11. Septembris in patriam rediisset, Rector Scholae Gömöriensis constitutus fuit, ubi usque 1745 mansit. Hic valedicere coactus Rimaszombathini Scholam docuit. Hinc iterum migrare jussus, praeceptor in Meleghegy, postremo in Szuha prope Ratkoviam constituitur, ubi 1766 decessit.

Rectore Joh. Balthas. Wernhero, Consil. Regio.

15. *Jun.* Michael Pohlius, Castrifer. Annis duobus isthic moratus, Bibliothecae etiam

Digitized by Google

praefectus, rediit in patriam 14 Jan. 1727, datus Neczpallensibus primum Rector, postea an. 1731 Pastor. 1739 Neosolium transiit, ubi Ministri utriusque nationis munus obibat. Neosolio breue post tempus Osztrolukam, ac hinc iterum an. 1741 Schemniczium delatus est. Hic existens, dum certum adolescentem, cujus mater Sacra Catholica amplexa erat, Evangelicis conservare volens occultaret, a Jesuitis Schemnitziensibus accusatus, mandato Exc. Consilii ab officio deturbatus fuit. Post 7. annorum silentium Acsam evocatus, ac an. 1766 Superintendens renunciatus est. Vivere desiit an. 1778. Monendum adhuc est, eum Stipendii Candidatis Academiarum viduabusque V. D. Ministrorum dari soliti, quod Montanum audit, praecipuum esse fundatorem.

— — Joh. Lány, Bruszno-Soliensis. Patriam repetiit mense Majo 1727. 1730 ad Ecclesiam Csömekiensem vocatus, d. 31. Martii a. e. est ordinatus ac ibidem mortuus.

31. *Jul.* Ephraimus Sagrovszky, Kesmarkiensis. Rediit 29. Septembris 1727. Crediderim fratrem fuisse Georgii ad an. 1724 notati.

7. *Sept.* Jacobus Mrakota, Tótfalva Scepusiensis. Reversus 4. Oct. 1727, Hybbis Minister factus est, ubi mortuus quoque perhibetur.

21. *Sept.* Andreas Bolemani, Bathensis. Exactis tribus anni quadrantibus, in Junio 1726 patriam repetiit. An. 1727. d. 8. Apr. in Diaconum Mijaviensem ordinatus fuit. Obiit qua V. D. Minister Osztrolucensis apud Solienses.

— — Georg. Fabriczius, Teriniensis. Exacto anno reversus in V. D. Ministrum in Comitatu Nagy-Honthensi Darassiensem, an. 1729. d. 30. Maji ordinatus est.

Digitized by Google

Rectore Joh. Godofr. de Berger, Consil. et Med. Doct.

28. *Oct.* Steph. Salamon, Techensis. Vng.

— — Joseph. Perlaky, Gömöriensis. Genitores ei David, Ecclesiae Gömöriensis Minister, Catharina item Hunnius, Docentes Cl. Paulus Aldassy Osgyanini, Hum. Andr. Fabry Csetnekini, Paulus Simonides Neosolii, Cl. Joh. Christoph. Deccardius Sempronii, Wernsdorff aliique Vitebergae, erant. Ordinatus d. 16. Maji 1729; dignitate Superattendentis ornatus in Nemeskér, 1748 mortuus est.

Eodem hoc anno prodiit Caesaris et Regis Mandatum, quo juuenes ad Academias absque passualibus exire vetantur, et qui ibidem studiorum causa morabantur, revocabantur.

Rectore Carolo Jacobo Spener, I. V. D.

Anno 1726.

17. *Maj.* Martinus Chovan, Vetusoliensis. Rediens in Patriam in aulam Nob. Viri Ladislai Újfalussy 1729 in Sept. ordinatus est. 1738 legibus Senioratus Neogradiensis, qua Minister Legendensis, subscribebat. Idem, eadem Matrica teste, apud Hybbenses, qua V. D. Praeco 1753 mortuus est.

29. *Jun.* Joh. Lehotzky, Sárosiensis.

18. *Aug.* Georg Mazorfi, Kalnoviensis. Ordinatus per Superint. Steph. Pilarick ad Kis - Csalomienses d. 22 Febr. 1742. Qua Minister Turicskiensis subscripsit Legibus Cont. Neogradiensis 1758. 11. Ian. ibidemque est teste Matrica mortuus.

— — Joh. Farkas, Garabiensis. An. 1729 festo Lucae in Ministrum Tót-Gyürkensem ord.

Digitized by Google

natus, Szinobanyensem se scripsit. Erat postea Minister in Legénd, ubi vivere quoque desiit.

Rectore Georg. Friderico Schroëro, Theologiae Doctore.

17. *Nov.* Georgius Coroni, Csánk-Honthensis. Rediit 24 Apr. 1728. An. sequenti 14. Jan. ad Ecclesiam Csankensem ordinatus.

— — Matthias Korjenko, Svaboczensis Scepusius. Patrem cognominem, matrem Annam Korencsek habuit, natus 1698. Studuit Leutsoviae, imprimis sub Mart. Dubowszkio, et Andrea Weinertio, cujus posterioris proprie consilio, Vitebergam adiit. Reuersus d. 1. Oct. 1728 factus est aulicus Jakabfaluae Concionator, ordinatus 19. Dec. 1729 ac ibidem 1743 mortuus.

— — Martinus Bisenyei, Vng.

— — Joh. Daniel Perliczius, Scepusio-Kesmarkiensis. Natus 1705 patre Reu. Elia Perliczy. Vitebergae gradum Doctoris Philosophiae, 1728 autem Ultrajecti ad Rhenum gradum Doctoris Medicinae consecutus est. Vitam ejus enarrauere plures, quos Klein II, 390 citat. Recentissime fata et acta ejus recensuere Genersich in Memor. Kesm. II, 45. seqq. et Vallaszky in Conspectu Hist. litt. Vng. ult. edit. p. 319. seqq.

Qui sequuntur, eorum nomina ad ductum Matricae Ungaris propriae, strepitu armorum Gallicanorum Matricas Vniversitatis e manibus nostris ad loca tutiora transferre jubente, exscripsimus. Mirari igitur noli, L. B., Rectorum fasces Academiae tenentium, advenientesque Vngaros tabulis publicis inserentium, nullam amplius, uti hactenus, hoc in opere fieri mentionem.

Anno 1727.

24. *Apr.* Joh. Szeverini, Garamszegiensis. Erat frater Samuelis ad an. 1723. notati, ao

Digitized by Google

una cum illo filius Pauli, Ministri Garamszegiensis, natus 1706. Litteras coluit ante exitum Neosolii, Topschae sub Simone Gál, et vel maxime Sempronii sub Hajnoczio et Deccardo. Redux an. 1730 in Novemb. Viteberga, factus est Minister Toporczini, sacris ordinibus Leutsoviae d. 2. 7br. 1733 initiatus. Vir doctus et utilis, (inquit de eo Schmal) sed eo nomine infelix, quod datam cuidam Virgini Vitebergae fidem eluserit, et Plathianae conjugatus, ratione privatus, misere obierit.

— — Paulus Doleschallius, Szakolczensis. Postquam 4. Jul. 1730 Patriam repetiisset, priuatim per tempus litteras docuit, dein aulicus in Nemes-Podhrad apud Alexium Prileszky concionator factus est, muneri huic sacro initiatus d. 9. Jan. 1744. Quoniam vero in filiali quadam S. Coenam administrauit, an. 1762 d. 6. Mart. Mandato E. Consilii officio hoc et statione decedere debuit. Ultimo Bocza-bányae Ministrum egit, ubi 1778 vivere desiit. Edidit Grammaticam Bohemo-Slavicam, cui Matthias Belius praefatus erat. Idem etiam machinas hydraulicas construxit.

27. *Apr.* Matthias Bahil, Rahovia-Kishont. Erat is Nepos Laurentii, filius autem Joh. Bahil, Ministri in Mokra-Luka et Szkálnok, atque Judithae Placsko. Studia, quae Rahoviae sub Sam. Bubenka t. t. ibidem Rectore, postea Ochtinae Ministro, Kesmarkini sub Buchholtzio, atque Neosolii sub Paulo Simonide didicit, isthic Vitebergae confirmauit. Redux ad Ecclesiam Cserencsiensem ordinatus est 25. Maji 1735. Cserencsino Eperiesinum transiuit, ubi propter duos sub nomine Theodori ab Hybla ex Germanico versos libros, in carceres datus fuit, ex quibus tamen mire profugit, factus postea in Silesia e loco Amsdorff VDMinister. Scripta ejus alia recenset

Digitized by Google

Horányi I, 179. Egit quoque de eo ven. Patermeus, in Memor. provinciae Csetnek p. 109, et in notitia Comitatus Gömör p. 415.

— — Joh. Hoxa, Carponensis. Discessit Viteberga Servestam an. 1739, ubi Con Rectoris et Bibliothecarii munere ad aedem D. Bartholomaei defungebatur, ut patet ex libello, anno eodem in 4. Vitebergae excuso, sub titulo: de Constitutionum Apostolicarum origine, contra Guilh. Vhistenum praefatur, et Viro Cl. Ampliss. doctissimoque Joanni Hoxae, Carpona Hungaro, munus Con-Rectoris ad aedem D. Bartholomaei Servestae susceptum amice gratulabatur M. Gottlieb Wernsdorffius. Noster auctor est disputationis de litteris Canonicis 1731; item Compendii Theologiae D. Fechtii 1740 Vitebergae editi.

— — Andreas Schmal, Neczpallino Thurocz. Insignis hic vir, cujus collectaneis literariis, qui ecclesiasticam et literariam historiam patriae nostrae tractarunt, tam frequenter usi sunt, ac porro utuntur, meretur, ut biographia ejus plenius exponatur. Ita autem ipse scribit de se, in Syllabo Ordinatorum a Rdissimo Sam. Antoni, numero 69: „Ego, qui haec posteritatis gratia adscripsi, Andreas Schmal, in I. Comitatu Thurocziensi, pago Neczpall 1706, d. 25. Apr. natus sum, patre Egregio Georgio Schmal, matre multo honestissima Anna Herchelia. Ex sententia Parentum studiis dedicatus, usus sum praeceptoribus in patria Andr. Farkas, et hoc Kiszelinum translato, Daniele Bodovini. Dum hic in Istebna Minister constitueretur, Cl. Matthia Augustini, dum haec scribuntur, Trenchiniensium Ministro; Schemnitzii Cl. Sam. Pellionis Con-Rectore, et Stephano Gribecz Rectore; rursus in patria Cl. Georgio Ambrosio, praeceptore optimo. Hoc ad Ecclesiam Verboczensem translato, Cremniczii

Cl.

Digitized by Google

Cl. Georgio Sartoris, cujus sententia an. 1726 Vitebergam commigraui et studiis sub DD. Wernsdorffio, Schröero, aliisque operatus sum. An. 1729 feliciter redux Spect. Domini Ladislai Platy de Nagy Palugya et in Devék Ephorus sum constitutus, atque demum ab Ecclesia Felsö-Sajóensi in Ministrum legitime vocatus, 14 Aug. 1731 Csetnekini Ministerio Rdiss. Sam. Antoni sacris ordinibus initiatus. Officio meo divina gratia ita defunctus sum, ut in Ven. Cont. Gömöriensi 1737 Orator, 1745 Notarius, 1748 Con-Senior constituerer, eodem officio, dum haec scribo, fungens." Haec ille ipse de se. Transiit insignis hic Vir an. 1751 ex Felsö-Sajó ad Ratkovienses, atque hic etiam in Seniorali officio diu versatus est. Opera, quae scripsit, quae vero typis, nec ab eo, nec ab alio sub ejus nomine edita, sed a multis jam expilata sunt, sequentia fuerunt:

a.) Adversaria in historiam ecclesiasticam.

b.) Vita Superintendentum.

c.) Centuria Eruditorum, seu Literatorum Thurocziensium.

d.) Adversaria ex variis fidedignis, iisdemdemque rarioribus MSS. et libris publicis, quos protocolla adpellamus, in unum volumen propria manu descripta 1748.

e.) Oratio inauguralis, occasione electi in Superintendentem Georgii Ambrosii, dicta.

f.) Protocollum Visitationis Superintendentalis a Georgio Ambrosio peractae, Notarius lateri ejus additus, duxit.

g.) Analysim quinque Articulorum Catechesi Lutheri adnecti solitorum confecit, quam postea Martinus Lautsek slavice et hungarice, suo nomine edidit, Georg. Jadzko autem, Cantor Ratkoviensis, slavice iterauit.

Digitized by Google

— — Franciscus Dauko, Rutka Thurocz. Natus patre Nobili Georgio Dawko, matre Juditha Welics, ab iisque ad scholas destinatus, Danielis Bodovini et And. Farkas Neczpallini, Georgii Buchholtz Kesmarkini, denique Vitebergae Wernsdorffii, et aliorum institutione est usus. Redux, primum Praeceptorem in pago Zaturcsa, postea aulicum Ill. Elisabethae Révay in arce Szklabina Concionatorem egit, ordinatus Leutsoviae 1730. Redemta vero arce per Révayos alterius Religionis ex ea exulare coactus fuit; factus postmodum in Ecclesia Kosztolyensi V. D. praeco.

20. *Sept.* Georg. Jamrischka, Neczpallino Thurocz. Patrem Johannem, matrem Sophiam Schmal, praeceptores vero Andream Farkas in patria et in Kiszelő, Buchholtzium autem Kesmarkini venerabatur. In patriam ex Academiis reversus in Oct. 1729, Scholae Szuloviensi per quinquennium cum utilitate praefuit; 1734 Bitsam, aulicus Ill. Baronis Calisii concionator futurus, transiit, ordinatus Leutsoviae d. 4. Dec. a. e. Fuit postea Ecclesiae articularis Pritrsdensis quoque V. D. M. in qua adhuc circa an. 1749 laborauit. Caeterum in Matrica Pannonum Civium Vitebergae notatum reperi, eum Szuloviae qua Pastorem mortuum esse.

— — Daniel Sartorius, Gömöriensis, de quo Memorab. Provinciae Csetnek p. 134; item Genersich in Mem. Kesm. II, 219 scitu necessaria perhibent.

— — Matthias Clementis, Bácsfalva Nagy-Honth. Patriae restitutus primum Neczpallini Con-Rector annis 7, postea Geczelfaluae d. 10. Apr. 1737 ordinatus, ultimo in Rabo ab an. 1740 Minister erat. Sed hac statione 1747 causa uxoris,

Digitized by Google

seu vere, seu ficte delirantis, decedere debuit, 1748 propere mortuus.

23. *Oct.* Thomas Pataky, Liptoviensis. Erat post reditum Neczpallensis annis 17, et iterum post septennium in privato exactum, Gömöriensis Ludi-Rector, in qua statione an. 1757 mortuus est.

Anno 1728.

14. *Apr.* Daniel Matthesius, Miaviensis. Rediit in patriam 8. Martii 1731, eratque post reditum Pastor in Pongyelok, ibidem fatis functus.

— — Joh. Steiner, Semproniensis.

— — Steph. Warju. Discessit Viteberga Halas, unde ad lares patrios reuersus, ex eo, quod sibi non statim propter pietisticos, quorum insimulabatur errores, conditio oblata fuerit, sacra Evangelica cum Catholicis permutauit, factus Igloviae in Scepusio Vicarius.

19. *Apr.* Andreas Struhar, Taxoviensis. Patre Joanne, matre Catharina Dianisca natus, praeceptoribus usus est Mich. Holko in patria, Andr. Grosz, Mart. Dubowszky, atque M. Andr. Weinert Leutsoviae. Redux ab exteris 28. Oct. 1730, biennium in patria exegit, tandem ad Ecclesiam Turicskiensem vocatus, d. 28. Febr. 1733 est ordinatus. Erat postea ab an. 1736 Kokaviensis apud Kis-Honthanos V. D. praeco multis annis, ejusdemque Fraternitatis Senior, mortuus 1779.

— — Joh. Sartorius, Sárosiensis. Patria ei Kratsinovia, pater Michael Szabó, mater Cathar. Jaszinszky erat. Viteberga 1730 in Oct. in patriam rediit, 1733. d. 1. Jul. in Ministrum Ecclesiae Komlosiensis apud Sárosienses ordinatus, ex qua postmodum ad Rankensem transiit.

Digitized by Google

13. *Maj.* Joh. Szakolczensis. Redux in patriam, Scholam Csetnekiensem gemens (ita ipse de se in Matr. Ordin. scribit) tribus annis cum dimidio rexit, unde Taxoviam in Ministrum promotus, d. 11. Febr. 1735 est ordinatus. Hinc 1747 Köviniúm transiit, Thomae Kmetony successor datus, ubi jam 1753 ex phtisi mortuum, Protocollon Ecclesiae Köviniensis perhibet.

— — Paulus Karnik, Neogr. Rediit 5. Aug. 1530. Ordinatus Csetnekini ad Sásomház 3. Aug. 1733.

19. *Sept.* Joh. Martinyi, Taxoviensis. Erat is proprie in Murány natus 1705, sed Taxoviae educatus; patrem Jacobum, matrem Annam Eisdorfer habuit. Literas Taxouiae sub Mich. Holko, Rahouiae sub Sam. Bubenka, Leutsoviae sub Weinertio coluit, Vitebergae confirmauit. Patriae restitútus priuatum Informatorem apud Samuelem Pulszky Eperiesini egit, unde ad Ecclesiam Giralthensem in locum Sam. Bodovini promotus, d. 28. Nov. 1732 ordinatus exstitit. Hinc 1740 Pilam, ac hinc iterum 1754 ad Kraszkó transiit, ubi officio Notarii quoque in Contubernio defunctus, 1770 diem supremum obiit. Filius ejus Samuel exstruxit molam papyraceam Rochfalvensem, nepos autem, itidem Samuel, molam similem in Diös-Györ.

— — Martinus Kiszelini, Bohuniczensis Honthanus. Rediit 21 Apr. 1731, factus 3. Aug. a. e. Bagyanensis V. D. M. Hinc eum Osztrolukam transire óportuit; ibi enim d. 10 Mart. 1759 teste Matr. Civium Pannonum Viteb. vivere desiit.

2. *Oct.* Matthias Galli, Veterosol. Natus parentibus Joh. atque Maria Germani, studia Osztrolukae, Schemnitzii sub Sam. Pellionis, Neosolii sub Karpe, Osgyanini sub Georg. Farkas,

Digitized by Google

atque Kesmarkini sub Buchholtzio didicit, Vitebergae confirmauit. Erat vero post reditum primum Neosolii prolis Ladislai Plathy de Nagy-Palugya et in Devék Ephorus, postea Eperiesini Con-Rector. 1735 d. 5. Septembris ordinatus est in Ministrum Ivancofaluam, unde ad Nytra-Szerdahely, ac hinc 1748 ad Pritrsd transiit. Viuere desiit 1758.

— — Gregorius Fabry, Osgyanen. Assumtis isthic Vitebergae ordinibus sacris discessit pro Diacono et Con-Rectore Jaurinum d. 8. Apr. 1731. Erat postea Vadosfalvae Minister, et ab an. 1751 Perlakyi in dignitate Superintendentiali successor.

Anno 1729.

28. *Apr.* Georgius Fabri, Osztroluka Soliensis. Erat is Cibinii natus, sed Osztrolukae, ubi pater ejus multis annis officio ministeriali vacabat, educatus. Postquam ex Academiis in Apr. 1731 rediisset, provinciam Rectoris Schelae Aszodini capessivit, unde post triennium ad Poltár Minister futurus transivit, ordinatus 5. Mart. 1733. Ex Poltár Osztrolukam translatus praecociter obiit.

— — Joh. Weigeli. Rediit 21 Apr. 1731, eratque ante an. 1746 Neosolii Rector, nam hoc eodem anno ibidem mortuus perhibetur.

9. *Maj.* Petrus Luttherits, Szent Benedek Vng.

15. *Maj.* Joh. Frider. Werner, Belensis Scepusius. Rediit 1730.

— — Joh. Polonius, Neosol. Fuisse eum post reditum Cantorem Neosolii, ibique an. 1762 vitam cum morte commutasse, reperio.

— — David Samuel Mádaj, Schemnitz. Vid. de eo Horányi Mem. II, p. 537.

Digitized by Google

12. *Aug.* Joh. Nehrer, Kesmark. Rediit in Oct. 1731; die 6. Jan. anni sequ. 1732 in patria mortuus.

8. *Dec.* Samuel Weinert, Leutsov. Erat frater Andreae, de quo ad an. 1719 egimus, qui postquam in Majo 1733 rediisset, Scholae patriae Rector factus, in eadem statione annum usque 1754 vixit.

— — Samuel Chovan, Veterosol. Praefuit is ante exitum Ludo Szulyoviensi, post reditum autem Ecclesiae Divék-Rudnensi, ad quam 23 Febr. 1732 ordinatus exstitit.

Anno 1730.

22. *Jun.* Joh. Gregorius Dolevitzeni, Toportzino Scepusius. Rediit 1733, eratque postea Eperiesini Con-Rector.

17. *Oct.* Joh. Nigrini, Sember Hont. Natus patre Georgio, matre Juditha Kirschner. Studiis in Kiszellő apud Andr. Farkas; 1721 Posonii sub Frid. Wilh. Beer, Schemniczii apud Rumi, Neosolii 1727 apud Paulum Simonides, Sempronii denique ante exitum operam navabat. Viteberga redux duobus annis et quadrante Bartphae informator erat, unde sub finem an. 1737 Cassouiam in Rectorem, ac hinc 1743 Nagybányam in Ministrum transiit, ordinatus 26 Maj. a. e.

— — Christoph. Lyci. Rediit 1733. An. 1741 mense Augusto ad Ecclesiam Pusztafedémessiensem est ordinatus, in qua statione usque finem vitae mansit.

23. *Oct.* Jacobus Nicolaides, ex Ledzin Honth. Fuit haud dubie Andreae Nicolaides, Neosoliensibus, ad quos fortassis ex Ledzin transiuit, ad an. 1695 a sacris, filius, atque nepos Nicolai Nicolaides Briznensis. Rediit Viteberga in Sept. 1731, ordinatus ad Ecclesiam Kalnoviensem

Digitized by Google

Csetnekini 2 Sept. 1734, clarus et per se et, ac imprimis, in filio Samuele, Ecclesiae slavonicae Eperiesiensis Ministro, et ab an. 1792—1807 Districtus Tibiscani Superintendente. Noster Jacobus an. 1767 vivere desiit.

28. *Nov.* Andreas Radatsy, Hung. Sárosiensis. Discessit Viteberga Halas 1734.

Anno 1731.

15. *Apr.* Joh. Trnkoczy, Dezsericz Trench. Patriam in Majo 1734 repetiit, factusque est 1741 Minister in Bagyán, ordinatus per Jeremiam Pilarik festo Michaelis a. e. Eum 1761 mortuum invenio.

— — Michael Záborszky, Thurocz. Ortum Jacobo Záborszky, Ministro Ivankofalvensi, Contubernii Thurocz Seniori, et 1736 designato Superintendenti, Benignae item Telkony, debuit. Domi in patria, Cremniczii, Jaurini, S. Gömörini, Posonii atque Kesmarkini, studia didicit, quae postquam Vitebergae confirmasset, abindeque 1733 in patriam reversus fuisset, Minister Nytra-Szerdahelyiensis factus, d. 3. Dec. 1734 ordines sacros suscepit.

16. *Apr.* Joh. Blasius, Liptsa Soliens. Vitebergae ordinem salutis 1734. 4. edidit. Redux, erat Schemniczíensis, Cremniczíensis item, Scholae Rector, quam posteriorem, propter acrius tractatas cum Pontificiis ei intercedentes controversias theologicas, linquere debuit. In reliquo eum Nagy-Palugyae, qua VDMinistrum mortuum esse, reperio.

12. *Maj.* Ferdinandus Ochsz, Rustensis. Discessit Viteberga Halam. Reversus inde in Patriam, sexennio Sempronii cathedrae scholasticae praefuit, postea Viennae locum Ministri Legationis Svecicae aliquamdiu tenuit. Vienna Cas-

Digitized by Google

soviam in Ministrum nationis germanicae vocatus, 20. Sept. 1742 est ordinatus.

— — Joh. Intybus, Felsö-Kubinio Arvens. Itidem Halas 1734 concessit. Patriae restitutus in Bér, vico Com. Neograd., Praeconem Evangelii egit, ordinatus eo per Sam. Hruskovitz Superintendentem d. 14 Oct. 1746.

14. *Jul.* Joh. Adamus Moesz, Kesmark. Rediit in Junio 1735; fuitque post reditum Con-Rector in patria usque 1771, quo rude donatus est.

— — Jacobus Tubel, Cibinio Sárosiensis. Natus is fuit proprie Szakolczae 1706, sed educatus Cibinii. Studuit etiam Csetnekini sub Petro Lendray et Kesmarkini sub Buchholtzio. Postquam 1733 in Majo in patriam reversus fuisset, biennio in domo Laniana Kesmarkini, tum per semestre Bartphae prolium Martini Keler Informator erat. Hinc Csetnekinum 1735 in Rectorem Scholae, abinde vero 1743 Rozloznam in Ministrum Ecclesiae transiit, ordinatus 24. Jan. 1744. — An. 1745 Ochtinam venit, qua post annum derelicta, Csetnekinum Cathedrae itidem Ecclesiasticae praeficiendus abiit, ubi 1752 mortuus, Eliam Kubinyi Toportzino adductum, eundemque postea generum suum factum, successorem accepit.

10. *Sept.* Matthias Temlin, Castrif. Navavit is operam Medicinae, atque isthic Vitebergae d. 25. Maji 1746 vitam cum morte commutauit. Fundator est stipendii, quod ab eo denominatum, hucdum Temlinianum cluit.

14. *Oct.* Andreas Boditzky, Tamásino Vng. Redux 1734 factus est V.D.M. apud D. Lamenses, ubi mortuus quoque perhibetur.

Anno 1732.

3. *Apr.* Christianus Frühhauff, Leutsov. 1734 Jenam abscessit, unde 1741 iterum

Digitized by Google

Vitebergam rediit. In reliquo legi potest de eo Klein l. c. I, 80. Horányi item I, 736.

— — Joh. Chareschicz, Novisol.

19. *Apr.* Jeremias Severini, Garamszegiensis. Erat haud dubie frater Johannis, de quo supra ad an. 1727 egimus, et Stephani, cujus inferius mentio fiet. An. 1739 d. 8. Jan. ordinatus est per Sam. Michaelides Sup. ad Nagy-Kosztolány, quo tempore Hainiktiensem se scripsit. Transiit hinc ad Turicskiensem Ecclesiam, hicque fratri suo Stephano successit. Obiit tamen exul in Szarvas.

— — Stephanus Lyci, Nagy Réthino Zoliens. Pater ei Georgius Lyci, praematura morte exstinctus, mater Maria Mažary, Christophori Mažary, ex Elisabetha Zolnay filia, erat. Reversus ab Exteris, annis tribus priuatam vitam vix it. Postea vocatus Czekeházam d. 13. Dec. 1737 est ordinatus; unde Budikfalvam translatus, an. 1747 legibus Cont. Gömöriensis subscribebat.

24. *Apr.* Joh. Gregar, Tót-Kereszturino Castrif. Rediit in patriam in Sept. 1736.

15. *Jul.* Joh. Pyacsek, Neogr. 1737 d. 8. Apr. ordinatus ad Bér per Sam. Michaelides Sup., hinc ad Uhorszka transiit, unde turpiter ejectus, Nitriae diem supremum obiit.

— — Michael Coroni, Litavia Honth. Rediit in Patriam 1733 in Junio; 1735 factus Pastor in Abelova, ordinatus per Sam. Michaelides Sup. d. 27. Sept. a. e. Hinc 1740 Maskoviam discessit, quam 1744 cum Kiszellö, 1750 cum Pribely, in posteriori hac statione Joh. Janossovics successor datus, commutauit. Ex Pribely 1756 ad Szirágh transiit, ibidemque diem obiit supremum.

30. *Sept.* Joh. Herchl, Nitriensis, qui postquam 1736 in Apr. rediisset, Rector Scholae Trenchiniensis evasit.

Digitized by Google

12. *Oct.* Joseph. Torkos, Jaurinensis. Consecutus dignitatem Magistri, vocatus in Con-Rectorem Jaurinum, patriam mense Majo 1737 repetiit. Vix redux factus, Minister ibidem constituitur, ordinatus d. 6. Jul. a. e. Erat vero is filius Andreae Torkos, Sacrorum apud Jaurinenses Ministri, et frater Michaelis, Districtus Cis-Danubiani Superintendentis.

1. *Nov.* Georg. Teszag, Thurocz. Rediit 1735 in Oct. factus postea Sempronii Evangelii praeco.

— — Daniel Leuconides, Neogr. 1740 d. 3. Maji ordinatus per Sam. Michaelides Sup. ad Kiszellö, transiit hinc ad Teszér, ibidem 1749 mortuus.

1. *Dec.* Joannes Csernyanszky, Rajeczio Trenchiniens. 1735 contulit se Lipsiam, unde postquam in patriam rediisset, Szuloviensis Scholae Rector factus est. Postea Ministrum Nagy-Palugyae ab an. 1742, Hybbis, Nyustae ab an. 1758, atque Alsó-Stregovae egit. Erat pater quatuor filiorum, Joannis puta, postea Superintendentis, Eliae Rectoris Höviensis, Ministri item Coronobanyensis ac Csankensis, Samuelis, Ecclesiae Bathensis Pastoris, praeterea unius adhuc, qui aliud vitae genus secutus est.

Anno 1733.

25. *Apr.* Laurentius Szarvas. Natus in Pongyelok patre Georgio, matre Helena Jakab, Eperiesini sub Topperczero, Neosolii sub Simonide, Csetnekini denique sub Dan. Sartorio et Joh. Szakolczay, ante exitum studuit. Ab exteris redux 1735. d. 25. Oct. Budikfalvam est ordinatus. Erat postea ab an. 1746—1748 Ochtinae, ac postremo ab an. 1753 Eperiesini, Slavorum praeco. Celebris evasit in filio quoque Jo-

Digitized by Google

sepho, qui Martem secutus facinoribus militaribus inclaruit, et nuper Turmae Vngaricae Praetorianae Pro-Praefectus, diem supremum obiit.

— — Georg. Blaho, Neograd. Rediit in Majo 1734.

— — Ladislaus Eördögh, Thurocz. Rediit in Oct. 1735, factus, post privatam per tempus datam informationem, Ivancofalvae Scholae Rector, et 1748. d. 15. Aug. aulicus apud DD. Sándor in Kis-Stricze Concionator. Subsequo tempore erat Trenchini VDMinister. Postremo, deposito ob infirmitates pedum munere, privatus apud Thuroczienses vixit.

18. *Jun.* Joh. Szarkotzy, Belussa Trenchin. 1740 in Kis-Stricze Martino Mudrony ad Lest evocato, suffectus.

11. *Jul.* Jacobus Claudini, Turopolya Neogr. Rediit in Sept. 1735 ordinatus per Sam. Michaelides Sup. ad Szenna d. 7. Maji an. 1740.

9. *Aug.* Joh. Georgiades, Neosol. Factus post reditum 1737 in Turicska VDMinister. Hinc Lonyobányam, 1746 ad Alberti, postremo Csabam ad Békesienses transiuit, ibidem 1780 mortuus.

— *Sept.* Franciscus Györgyi, Rediit 1735.

— — Nicolaus Ratkoczy, Körmendino Castrif. Rediit 1735.

4. *Oct.* Moses Regis. De hoc Schmal ita inquit: „Natus patre Martino Regis, Berzethiensi Ministro, matre Magdalena Thurzo, continuatis in patria et Vitebergae studiis b. mortuo patri successor datus, d. 6. Jul. an. 1737 est ordinatus. Sed an. statim insequenti moritur, vir longiore vita dignus." Matrica Vitebergensis Vngarica alia de eodem refert; nimirum post reditum, Topportzensis, Margonensis, atque Bartphensis Ecclesiae Ministrum fuisse, asserit.

Digitized by Google

— — Matthias Poldt, Jaurinensis. Fundator est stipendii ab eo Poldtianum denominati, alias Torkosianum dicti, Vitebergae Civibus Vngaris exhiberi soliti.

Anno 1734.

18. *Febr.* Paulus Major. Natus Cremnitzii d. 22 Febr 1711. patre Joanne Major t. t. Cremniczienſi Ministro, matre Rosina Wozár. Studuit Lowinobányae ad latus Aviae suae Judithae Sartoris, postea Cremnitzium delatus, Docentibus usus est Andr. Némethio, Joh. Christiani et Joh. Hlouszka. Exacto isthic quadriennio Kövinium venit, ac tempore tractae ibidem morae patre orbatus est. Factum hinc, quod ad latus Ertelii, Osgyaniensium Ministri deuenerit, qui eum, et ipse priuatim domi percoluit, et publice in Schola opera Georgii Farkas percolendum curauit. Osgyanino Neosolium transiuit, ubi ab ore Valentini Klingschnur, Steph. Aegidii, ac per breue tempus clar. Conr. Frid. Karpii pependit. Hinc Cremniczium ad Georg. Sartorium remeauit, unde, exactis annis duobus jussu Thomae Kmethoni vitrici sui, Eperiesinum se contulit, opera institutioneque Georgii Ihnatii Rectoris publice, Conrectoris Preisii in Graecis atque Hebraicis priuatim, usurus. Ihnatio ibidem ad munus Ecclesiasticum promoto, Csetnekinum concessit, ibique Cl. Dan. Sartorium vix integro anni spatio audivit. Nam cum is ad Eperiesienses in Rectorem evocaretur, cum eodem Eperiesinum rediit, ac breui post, cum ille denato Slavorum Ministro Petro Paulo Lendray sufficeretur, institutioni clar. Rectoris Joh. Longay paruit. Tandem consilio supra fati vitrici sui Vitebergam adiit, ubi bibliothecae quoque praefuit. Reversus in patriam, obtenta vocatione Rosenauiam in Ministrum d. 5.

Digitized by Google

Jun. 1738 est ordinatus. Transiit ex Berzethe, ubi tum Ecclesia Rosnaviensis hospitabatur, an. 1755 ad Csetnek, hicque an. 1758 decessit.

22. *Apr.* Paulus Bantzik, Szkalnokensis. Rediit in Apr. 1734, ordinatus Abelovam per Sam. Michalides 1740. Transiit isthinc ad Guttenses, apud quos 1750 diem obiit supremum.

29. *Maj.* Andreas Hasko, Szakolczensis. Rediit 29. Mart. 1738. Vitebergae scripsit: Animadversionem, qua litem Logicorum de quaestione: an ex falsis praemissis nonnunquam vera sequatur conclusio? logomachiam esse demonstrat.

30. *Maj.* Paulus Kuzmany, Ivancofalva Thurocz. Discessit in Junio 1737 Berolinum, factus ibidem Baronis cujusdam Informator. Redux in patriam ad Neczpall per Sam. Michaelides d. 3. Jul. 1739 ordinatus, transiit hinc 1746 Lonyobányam, ubi 1764 vivere desiit.

12. *Jul.* Martinus Herchl. Rediit 5. Oct. 1737. — 1740 d. 3. Apr. in Ministrum Szuloviensem ordinatus, Neosoliensem se professus est.

2. *Oct.* Joh. Sam. Martinyi, Turopolensis. Patriam in Oct. 1735 repetiit. 1743 Dom. Oculi ordinatus est per Jeremiam Pilarik ad Turopoly, qua occasione Nagy-Liberthensem se scripsit. Erat postea Tamasini V. D. Minister et simul Contubernii Senior, isthic mortuus. Cognomen Martiny adsciuit ab educatore et antecessore suo in Ecclesia Turopolyensi Sam. Martiny, verius Kováts vel Fabry vocandus.

Anno 1735.

29. *Apr.* Martinus Krausz, Monte-Georgio Scepusius. Erat procul dubio filius senioris Martini Krausz, 1712 in Ministrum ad Georgio-Montanos promoti. Noster in Junio 1739 in patri-

Digitized by Google

am rediit. Eum Belae, qua V. D. Ministrum mortuum esse, Matrica Hungarica Vitebergensis loquitur. Teste Schmalio in Advers. eorumque Prolegomenis, reliquit is MSS. duos libellos: 1.) Historische Nachricht von dem Zustande der Evangelischen Religion in den k. Bergstädten, von der Reformation an, bis auf gegenwärtige Zeit. 2.) Vestigia Religionis Christianae in Pannonia, ab Ascensione Christi usque ad Carolum M. collecta.

— — Steph. Keller, Trenchiniensis. Rediit in Jul. 1739.

— — Paulus Szallay, Bohunitzensis Nagy-Honth. Transiuit Halas in Oct. 1736. — An. 1747 ordinatus est ad Bodony per Sam. Hruskovitz; obiit in Maglod 1772.

2. *Maj.* Steph. Kutsan, Castrif. Rediit in Sept. 1738. Erat post reditum Pastor in Kis Pétz, quo 1740 d. 17. Jun. muneri sacro initiatus fuit.

— — Georgius Bukowszky, Thurocz. Rediit in Aprili seq. anni. Ordinatus dein est ad Ecclesiam Csernensem 1740 d. 26. Apr.

16. *Maj.* Andreas Novák, Sárosiensis. Natales Andreae Novák, in Szinye apud Sárosienses V. D. Ministro, cum Maria Molnár, cognitionem autem Scholae Eperiesiensi, Enyediensi in Transylvania, atque Leutsoviensi debuit. Redux ab Exteris proli Pulszkyanae Eperiesini praefuit. Tandem ad Ecclesiam Gömör-Panyithensem vocatus per Ambrosium Superint. d. 5. Julii, 1741 sacris ordinibus est initiatus.

12. *Jul.* Michael Neogradi, Nitriensis. In Sept. e. a. abscessit Halas. An. 1740 erat Minister in Pritrsd, Samueli Jesztrabinio suffectus.

4. *Oct.* Theophil. Mezibrodszky, Modrensis. Dignitatem Magistri Philosophiae consecutus, rediit in patriam mense Majo 1740. An. 1748. d. 26. Febr. in Ministrum Öskösenscm trans

Digitized by Google

Danubium fuit ordinatus. Ejus scripta recenset Horányi II. 609.

5. *Oct.* Georg. Farkas, Hrabovia Neogr. Abiit ex commendatione reu. Pillgram Semproniensis Göttingam d. 10. Apr. 1736. An. 1740 d. 2. Oct. ordinatus est ad Legénd, per Sam. Michalides Sup. Caeterum in Matrica Contubernii Neogradiensis notatum reperitur, eum 1776 in Lapujtó, qua aulicum Mocsárianum Concionatorem, vivere desiisse.

Anno 1736.

26. *Mart.* Georg. Gregusch, Devékino Thurocz. quem in Jul. 1740 patriam repetiisse et qua slavonicae nationis Schemniczii Ministrum 1791 denatum esse, Matr. Viteb. Hungarica perhibet.

— — Martinus Mudronyi, Lestina Arvensis. Patriae in Apr. 1738 restitutus, fit primum Kisztricze, tum in patria, scil. Lestina, Evangelii praeco.

2. *Apr.* Elias Weigel, Nagy-Honth. Rediit in Apr. 1738. mortuus Neosolii, qua Scholae Rector, teste Viteberg. Matrica Hung.

— — Michael Kotsis, Castrif. Hunc in Oct. 1740 in patriam reuersum, Neosolii Sub-Rectorem factum, ibidem vitam cum morte commutasse, eadem Matrica Vit. Hung. testis est.

29. *Apr.* Georg. Nauta, Bela Thurocz. Rediit in Apr. 1737. Conatuum suorum proemia exigua tulit. Etenim, quod esset claudus, vix Praeceptoris conditionem in locis filialibus Comitatus Gömör, Hankova et Bisztra-Csetnek, assecutus est. In loco postremo nominato, an. 1746 mortuus. Vid. Memorab. Provinciae Csetnek, p. 315.

2. *Maj.* Elias Hoduli, Martinopolio-Thurocz. Redux in patriam in Sept. 1737 relictis sacris Evangelicorum ad Romana Solnae transiit.

Digitized by Google

10. *Maj.* Andreas Sárkány, Csetnekiensis. Postquam in Sept. 1737 patriae restitutus fuisset, Minister in Ecclesia Komlosiensi apud Sárosiensis factus, d. 27. Nov. 1738 eo est ordinatus. Legibus Fraternitatis d. 15. Maj. 1740 subscripsit. Komlosino Kereszturinum, hinc autem Giraltinum transiit, ubi Senioris quoque officio defungebatur. Animam Deo in Gömör-Panyith reddidit 1778, ubi senio confectus ad latus filii sui Michaelis t. t. Scholae Gömör-Panyithensis Rectoris, postremos dies vitae suae consumserat.

— — Geor. Haberehren, Bela Scepus. Expletis Vitebergae annis duobus, proli Ministri cujusdam prope Altenburgum uno anno praefuit, unde in Jun. 1739 in Hungariam reuersus, factus est Monte-Georgii in Scepusio Evangelii praeco, a. e. 16. Febr. ordinatus. Vixit in hac statione usque 1758, quo mortuus est.

Anno 1737.

15. *Apr.* Samuel Csernyánszky, Rajeczino Trenchiniensis. Venit Vitebergam Lipsia. Assumto prius apud Halenses Doctoris Medicinae gradu, patriam in Sept. 1740 repetiit. Cf. Horányi Nov. Mem. p. 643.

10. *Maj.* Nicolaus Valenti, Nagy-Szlabosensis. Crediderim eum esse, qui dein Con-Rectorem Sempronii egit, atque Valentini adpellabatur.

10. *Jul.* Sam. Raphanides. Pater ei Paulus, mater Susanna Hamaljar, locus natalis vicus Lazány erat. Ab Exteris redux, Nyustam d. 9. Maji 1743 in Ministrum est ordinatus. Hanc stationem suam subsequo tempore cum Lissoviensi apud Nagy-Honthenses commutavit, ubi vivere desiit.

27. *Sept.* David Droschel, Scepusio Kesmark. Rediit 1739 fuitque postea VDMinister Bartphae.

23. *Sept.*

Digitized by Google

23. *Sept.* Steph. Severini, Garamszegiensis. Erat frater Johannis atque Jeremiae, quorum superius jam meminimus, 1740 d. 7. Dec. ad Ecclesiam Turicskensem, quam subsequo tempore cum Poltariensi commutavit, ordinatus.

Anno 1738.

17. *Jan.* Gabriel Ballasovits, Gutta Neogr. Ordinatus 1742 d. 31. Jan. ad Vanyartz, Senensem se scripsit. Hinc eum ad Szüd transire oportuit, ibi enim 1754 mortuum invenio.

23. *Apr.* Andreas Liptay, Alsó-Kubiniens. Erat post reditum Rector Scholae Kraszkoviensis triennio, ex qua 1745 ad Pokoragy transiit, ult. Apr. a. e. ordinibus sacris initiatus. Mortuus est circa an. 1775 ibidem.

26. *Apr.* Michael Rotarides, Gömöriensis. Remeavit in patriam in Apr. 1742, ut documenta ad historiam literariam Vngariae, quam edere parabat, spectantia colligeret. 1744 d. 1. Junii, obtento ex parte fine, iterum Vitebergam rediit, sed hic praemature, multorum post se desiderium triste relinquens, d. 15. Apr. 1747 mortuus est. Caeterum de memorabili hoc viro plures scripsere; in his cel. Horányi in Mem. III, 185. Klein. II, 278. Vallaszky in Consp. hist. lit. edit. rec. pluribus locis, et Pater meus in Not. Com. Gömör. I, 426. qui praeterea vitam ejus etiam Annalibus Austriacis literariis inseri curavit.

— — Joh. Demian, Pojnikiensis. Discessit ob adversam valetudinem Jenam, 1739 reversus in patriam, per Sam. Hruskovitz ad Kiszellő d. 10. Jan. 1745 ordinatus est. Hinc Osztrolukam sequenti, ac iterum hinc Schemniczium transiit, ubi 1770 diem supremum obiit.

24. *Jun.* Samuel Hambacherus, Eperiesiens. Discessit Jenam 29. Sept. 1740.

Digitized by Google

21. *Aug.* Samuel Kraudi, Eperiesiens. Itidem Jenam ann. sq. abiit, antequam vel ad stipendium admissus fuisset.

7. *Nov.* Georg. Régis, Eperiesiens. Reversum in Junio 1741, ducta prius Vitebergae uxore, ad Ecclesiam Toporczensem 12. Maji 1742 ordinatum esse, ibique et mortuum, in Matrica Vitebergensi Hungarica adnotatum reperii.

27. *Nov.* Joh. Paltsek, Thurocz. Erat post reditum primum Szuloviae Rector annis septem, postea Leutsoviae Con-Rector anno uno. Hinc ad Ecclesiam Felső-Sajoensem promotus, 28. Jan. an. 1751 Kesmarkini a Fischero est ordinatus. An. 1761 praecociter mortuus, Martinum Lautschek, ex Schola Kun-Taploczensi vocatum successorem accepit.

Anno 1739.

13. *Mart.* Adamus Balog, Jaurinensis. Rediit in Martio 1743, factus mox Pastor in Nemeskér, 1758 in Superintendentem trans Danubium electus. Mortuus est 1771, d. 25. Mart.

15. *Apr.* Georg. Lányi, Eperiesiens. Rediit in Sept. 1742.

— — Paulus Parvi, Szakolczensis. Patriam in Jul. 1743 repetiit.

14. *Jun.* Georg. Vághi, Vesprimio Hung. Studuit Medicinam, ac in ea 1741 d. 9. Dec. summos honores consecutus est. Redierat in patriam adhuc 1740, ast necessitate et adversa valetudine adactus in Februario anni sequentis denuo Vitebergam remeaverat, ac usque finem ejus ibi manserat. Post ea iterum in patriam reversus, artem salutarem in Comitatu Pesthiensi exercuit.

Anno 1740.

29. *Febr.* David Krisár, Comaromiensis. Isthic moratus respondentem egit, sub D. Gott-

Digitized by Google

Iob Wernsdorffio de Metempsychosi Veterum 1741 disputante; in patriam reversus 1742 in Junio, factus est Oroszlányiensis apud Comaromienses VDMinister.

21. *Apr.* Georg. Schuhajdi, Castrif. Rediit in Junio 1743.

16. *Maj.* Samuel Lauro, Neogr. Reuersum in Novemb. 1742 post biennium, scilicet 1744. d. 23. Mart. Sam. Hruskovitz Sup. ad Dobrocs ordinauit. Oportet tamen postea Abelovam transiverit, ibi enim 1755 mortuum esse, Matrica Senioratus Neograd. testis est.

1. *Oct.* Samuel Mixadt, Neogradiensem se professus est a loco educationis. Quia etsi apud Sárosienses natus, patre nimirum Matthia, Pastore tum Chmelóviensi, matre Elisabetha Egyedi, tamen Genitore suo ad Neógradienses evocato, isthic educatus erat. Redux Ecclesiae Polichnensi primum, ad quam d. 21. Aug. 1743 ordinatus fuit, postea Turopolyensi, usque d. 15. Apr. 1771 ei emortualem, praeerat.

— — Samuel Institoris, Neosol. Pater ei Martinus, mater Susanna Podhorányi, uterque civis Neosoliensis, erat. Studuit in patria Topschae atque Posonii, ante exitum. Reuersus Viteberga Scholam Tamásfalvensem uno anno cum 9 mensibus rexit. An. 1745 d. 24. Aug. ad Ecclesiam Pongyelokensem ordinatus; hinc 1753 Pilam, ac hinc iterum 1760 Csetnekinum transivit, ubi 1791 vivere desiit. Consenioris officium eum in Contubernio Gömöriensi per tempus gessisse Protocolla publica habent.

2. *Oct.* Sigismundus Kis, Castrif. Rediit in Sept. 1742, fuitque post reditum Thelii trans Istrum V. D. Praeco, ubi 1761 mortuus, in Matrica Viteberg. Hungarica inducitur.

Digitized by Google

Anno 1741.

20. *Jan.* Andreas Chrappan, Neogr.

20. *Mart.* Jacobus Mokoschiny, Nagy-Honth. Credimus filium fuisse alterius Jacobi, qui qua Ecclesiae Neczpallensis Minister Synodo Rosenbergensi interfuit. Noster 1746 d. 11. Febr. N. Szelesinum per Samuel. Hruskovitz ordinatus est. Erat postea Pastor in Pritrsd, ubi eum 1762 mortuum esse Matr. Hung. Viteb. perhibet.

4. *Apr.* Philippus Jacobus Czabkay, Cibinio Sárosiens. Natales debuit Rdo Nicolao Czabkay, 1718 ad Roskovam ordinato, inde postea Cibinium translato, Annae item Galbay; d. 1. Maji 1721 natus. Fundamenta scientiarum Kesmarkini posuit, continuavit Leutsoviae et Neosolii, confirmauit Vitebergae. Hinc redux factus, priuatum primum Eperiesini et in Transylvania, apud B. Franciscum Vesselini Informatorem, postea publicum Neczpallini Docentem egit. Dum Con-Rectoris in Neczpall officium desereret, et ex aula Zayana ad parentes suos rediret, ab Ecclesia Jakab-Vágasiensi in Ministrum est vocatus, ad eamque d. 17. Maji 1753 ordinatus.

— — Matthias Holko, Ochtina Gömöriensis. Lucem primam Taxoviae conspexit, natus patre Michaele, ibidem t. t. Rectore, postea Ochtinensi Ministro d. 28. Mart. 1719. Studuit Topschae sub Müllero annis 4, Osgyanini sub Georg. Farkas annis duobus, Leutsoviae sub Schwartzio et Weinerto, iterum Topschae sub Gotthardo $\frac{3}{4}$ anni, ac iterum Leutsoviae. Reversus Viteberga, privatus aliquamdiu vixit Ochtinae apud affinem suum, Jacobum Hlaszny, Ludi-Rectorem. Ordinatus postea d. 16. Apr. 1744 ad Kobelár. Ex Kobelár 1749 Nyustam, hinc vero 1755 ad Szkalnok transiit, ubi 1785 placide in Domino obdormivit. Vixerat, uti pius, ita eruditus. Praefatio-

Digitized by Google

nem Petri Lascovii, qua librum suum: De Homine etc. Sam. Seelfisch Consuli Vitebergensi dedicavit, manu Viri hujus solertissimi, ex Mscto alio transsumtam, filius ejus Vir pl. Ven. Matthias Holko, Ecclesiae Rimabányensis h. t. VDMinister, atque Ven. Senioratus Kis-Honthani Senior longe dignissimus, nobiscum amice communicauit, qua nos hic saepius usos, grati recognoscimus.

— — Matthias Holvaith, Felsö-Sajó Gömöriensis. Discessit 31. Maji 1742 Halas, ubi 6. Apr. anni insequentis placida morte exstinctus est.

22. *Apr.* Joannes Jacobaei, Modrensis. Erat haud dubie filius Pauli, Ministri Modrensis ad an. 1719 superius notati, egitque post reditum in Lusatia Evangelii Praeconem.

— — Casparus Peyer, Scepusio Felkensis. Rediit in Junio 1742.

18. *Jul.* Joseph. Hrebenda, Cserencsino KisHonth. Parentes Tobiam Hrebenda prius Scholae Ochtinensis Rectorem, postea Betleriensem ac postremo Cserencsiensem Ministrum, cum Maria Triznay, venerabatur. Studuit ante exitum Ratkoviae sub Joh. Szubsylvani, Csetnekini sub Jacobo Tubel, Kesmarkini denique sub Georg. Sartorio. Reuersus ab Exteris in Ecclesia Rozloznensi primum, ad quam d. 17. Jun. 1745 ordinatus exstitit, postea Taxoviensi ad an. circiter 1778 seruiuit, quo statione hac amotus fuit. Vixit postea usque an. 1790 adhuc Taxoviae priuatus.

— — Adamus Ganay, Gömöriensis. Erat patria Mokroluczensis et post reditum in Junium an. 1743 incidentem Rector Kövinii, 1747 vivere desiit.

— — David Fabriczius, Scepus. Redi it eodem cum priore tempore.

9. *Oct.* Michael Cicatricis, vulgo Schramko Trenchiniens. Postquam in Nov. 1743

Digitized by Google

Patriae restitutus fuisset, Scholam Csetnekiensem regendam suscepit, ex qua post duorum annorum, et quod excurrit, spatium, Gömörinum itidem in Rectorem Scholae, hinc vero 1748 Taxoviam in Ministrum transiit, ordinatus 22. Apr. a. e. Taxovia ad Nagy-Szlaboss, inde vero breue post tempus, scil. 1750 Kövinium in locum Joh. Szakolczay venit, ubi anno 1784, qua Contubernii Gömöriensis Senior simul, obiit.

— — Samuel Ivankay, Sárosiensis. Hic patre Matthaeo Ivankay, Ecclesiae Crucivillensis Pastore, matre Charitate Klenerinn, natus, ab exterisque oris reversus, ad Ecclesiam Magyar-Jakabfalvensem d. 11. Septembris 1743 fuit ordinatus.

— — Jacobus Lányi, Scepus. Eum Daniele Lányi, Evangelico apud Kesmarkienses Praecone, atque Eleonora Rosina Kray progenitum, Viteberga reducem factum, Scholae Csetnekiensi ab anno 1746—1755 praefuisse, ac hinc Nyustam in Ministrum vocatum, finemque in eum in Martio an. 1755 ordinibus sacris initiatum, ibidem usque 1758 vixisse, memoriae proditum accepimus.

Anno 1742.

10. *Mart.* Joh. Holletzi, Trenchiniensis. Rediit in Decembri an 1747. Rectorem postea Neczpallini fuisse ibique mortuum esse in matr. Hung. Viteb. notatum inveni.

— — Daniel Újhelyi, Novisoliensis. Rediit in Octobri 1743, missoque facto statu theologico aliud vitae genus secutus est.

19. *Maj.* Andreas Stehlo, Szlana Gömöriensis. Patrem habuit Joannem Scholae Felső-Sajoensis Rectorem. Studuit praeterea Halis. Redux, primum in Schola Felső-Sajóensi patri suffectus, postea Kövienši ab an. 1747—1751 prae-

Digitized by Google

fult, ex qua ad Kraszko in VDMinistrum ordinatus est. An. 1753 Kraszkoviensem stationem cum Derencsiensi, et hanc non multo post cum Pilisiensi permutauit, in qua 1775 mortuus est.

3. *Aug.* Andreas Horváth, Castrifer. Rediit in Julio sequentis 1743.

15. *Sept.* Daniel Quiersfeld, Abaujvariensis. Evocatus pro Diacono Nemescsoiensi d. 15. Maji 1746 Viteberga abscessit teste Matr. Viteh. Hung.

22. *Sept.* Israel Markovitz, Topschensis. Mandatis Mariae Theresiae obtemperans, cum aliis pluribus in Junio 1743 rediit, factus post reditum primum privatus informator, tum Ecclesiae Komlosiensis V. D. Minister, ordinatus 26. Sept. 1745.

— — Jacobus Szolkovius, itidem Topschensis. Natus Rev. Jacobo Szolkovio, matre Susanna Schmid, Kesmarkini 27. Nov. an. 1722. Postquam Scientias in patria, Gömörini, Csetnekini atque Leutsoviae percoluisset, easque Viteberge confirmasset, Kesmarkini annis 10 munere Con-Rectoris defungebatur, unde 1757 ad Poprad in Ministrum transiit, ordinatus 6. Martii a. e. cf. Genersich II, 325.

3. *Oct.* Joh. Nicletius, Neogr. Rediit in Julio 1743. Proemia laborum exigua tulit. Erat nimirum primum Scholae Kraszkoviensis Rector factus, unde ejectus praeceptorem in Rona-Patak, Poloma atque Gacsalk, miseris filialibus Ecclesiis, egit. Tandem priuatus prolium Mich. Varga in Officina ferri Ochtinae vicina Informator evasit, 1787 ibidem mortuus.

Anno 1743.

26. *Jun.* Samuel Hajnotzi, Szobotistino Nitriens. Discessit d. 29. Sept. 1744 Helm-

Digitized by Google

stadium, unde postquam in patriam rediisset, Ecclesiis Csankensi, Aszodiensi ac ultimo Egyháziensi praefuit. Filium habuit Johannem, qui 1796 ob complicitatem conspirationis Martinovitsianae Budae capite plexus est.

Hoc 1743 anno prodierat Exc. Consilii Locumten. Regii Intimatum, quo Evangelici Vngari, apud Exteros scientiarum causa morantes redire jubebantur, alii autem sine speciali indultu exire prohibebantur, stipendia etiam studiosis ad Academias ituris dari solita, exhiberi vetabantur. Tale e. g. ad Sopronienses mense Februario venit. Sed reclusus iterum postea exitus est, et Candidati sic dictis passualibus muniti porro exibant.

7. *Jul.* Joh. Kressnyák. Rediit in Octobri 1744 eratque post reditum primum Tamassini apud Neogradienses Rector, postea V. D. Minister in Ribnik. Hinc discedere jussus Szarvassini Adjunctum egit.

19. *Jul.* Matthias Pruny, Trenchiniensis. Erat filius Viri cognominis, Ecclesiae Hybbensis et Trenchiniensis Ministri, Mariae item Szentiványi, 1720 natus. Absolutis in patria Trenchinii, Posonii, Jaurinique studiis, iisque Vitebergae confirmatis, post 1746 priuatum apud D. Alexium Prileszky Informatorem egit. Expleto apud eum biennio Gömörini Scholae Rector, elapso vero iterum triennio Oláh-Patakae VDMinister factus est, ordinatus 8. Junii 1751. Notarii officio in Contubernio Gömöriensi multis annis defunctus, 1782 vivere desiit.

25. *Sept.* Joh. Ruffinyi, Trenchiniensis. Redux factus ad Ecclesiam Draveczensem, d. 10. Sept. est ordinatus. Hinc ad Ecclesiam Septemtiliensem transiit, unde in exilium missus fuit. 1748 Ochtinam venit, unde 1753 Dopscham conces-

Digitized by Google

sit, ubi 1779 Superintendens renunciatus est. Diem supremum obiit 1793.

10. *Oct.* Joh. Hlivay, Brizna Soliensis Discessit Jenam 1746 d. 13. Apr., factus post reditum Neosolii primum Con-Rector, postea Nationis utriusque Minister, ordinatus per Samuelem Hruskovitz Sup. d. 22. Jun. 1747. Aliqua de eodem habet Horányi, Mem. II, 693.

23. *Oct.* Michael Torkos, Jaurinensis. Vocatus ad munus Rectoris Modram in Apr. 1748 patriam repetiit. Erat subsequo tempore Minister ibidem simulque Districtus Cis-Danubiani Superintendens, an. 1801 mortuus.

Anno 1744.

20. *Apr.* Joh. Eulerus, Modrensis. Rediit in Aprili 1746.

1. *Jun.* Joh. Frider. Karpe, Novisol. Filius alterius Friderici, Scholae Neosol. Con-Rectoris, de quo supra ad 1709 egimus. Noster, postquam in Augusto 1747 patriae restitutus fuisset, provinciam scholae Rectoris Cremniczii capessiuit.

10 *Oct.* Joh. Gyöngyel, Thurocz. Discessit Jenam 4. Maj. 1746.

18. *Nov.* Joh. Lányi, Popradiensis. Rediit in Majo 1747, factus mox Scholae Neosol. Rector.

Anno 1745.

20. *Febr.* Andreas Graskovitz, Raszta Zempliniens. Rediit in Majo 1748. Dum 1755 ad Ecclesiam Puszta-Fodimesiensem in Pastorem ordinaretur, Pazdics-Sempliniensem se professus est.

10. *Apr.* Franciscus Szalay, Szalokino Veszprim. Rediit in Sept. 1747. Est et alter

Digitized by Google

hujus temporis et cognominis Vir, qui tamen Paulum et Bohuniczensem se professus est, dum 1747 ad Bodony in Ministrum ordinaretur.

9. *Maj.* Beniamin. Gegusch, Neosol. Patre nobili Joh. Gegusch, matre Maria Hacker, Neosolii d. 10. Jan. 1724 genitus. Ab an. aetatis septimo Praeceptores habuit DD. Plintovicz, Klingschnur, Karpe et Weigel. 1741 Sempronium ad Haynoczium transiuit, inde Vitebergam salutauit. Redux factus in Majo 1748 pro Rectore Ivankofalvam, mox Neosolium vocatus. Sed schola 1756 restricta, Felső-Stregovam a Fischero Sup. d. 3. Maj. 1756 ordinatus. Erat postea VDMinister in Osztroluka.

24. *Maj.* Andreas Simonides, Padár Gömöriensis. Alterius Simonidis, in Padár Ministri, adoptivus filius et gener, qui in Matrica Superint. ita vitam suam et fata complexus est: Ego A. S. natus sum 1723 patre Michaele, matre Elisabetha Bálint. Studui domi sub Simonide et Mich. Ursinyi. An. 1735 Osgyanium ad Georg. Farkas veni, abhinc post semestre Neosolium ad Joh. Weigel concessi. An. 1740 Kesmarkinum adpuli. Hinc consilio Rectoris Scholae, Georgii Sartorii, Vitebergam adii. Redux in Aprili 1747 apud Spect. Ladislaum Radvanszky et Ill. Comitem Ambrosium Teleky Informatorem egi. Tandem 1749 ad Sajó Gömör vocatus, d. 21. a. e. ordinor a Rdissimo Fischero." Gömörino Berzethinum transiit, ubi ab an. 1755—1771. Rosenaviensium Minister vixit.

30. *Aug.* Joh. Tonsoris, Varbovia Nitriens. Rediit in Aprili 1747, eratque post reditum in Istebne apud Arvenses 20 et ultra annis Evangelii Praeco, stationi illi postremo ob adversam valetudinem valedicens. Luci publicae exposuit: 1.) Obrewřenj Pjsma S. Vitebergae in 8. 2.) Do-

Digitized by Google

macy Apatheku 3.) Domacy Postilku. Ordinatus vero fuit ad Istebne per Sam. Hruskovitz Sup. 6. Jul. 1747.

2. *Oct.* Martinus Kutschera, Basinio-Poson. Matrica Viteb. Hungarica perhibet, eum ad Dömölk vocatum, 27. Septembris 1747 Viteberga abscessisse, ac postea in Vadosfa Ministrum Evangelii fuisse.

10. *Oct.* Matthias Ambrosius, Alsó-Kubiniens. Erat, teste eadem Matr. Viteb. Hung. postquam in patriam 5. Mart. 1740 remeasset, primum Ottlikianus aulicus in Ozor Concionator, postea in Zay-Ugrotz VDMinister an. 1751 20. Martii ordinatus.

16 *Nov.* Martinus Gerengay, Kokavia Kis-Honth. Patriam in Octobri 1746 repetiit. 1747 d. 16. Maji ordinatus est per Sam. Hruskovitz Tót-Gyürkam, qua occasione Rahoviensem se dixit. Erat postea Minister in Legind atque Lest apud Neogradienses, hicque 1784 mortuum esse, Protocolla testantur. Eadem perhibent, officio Senioris diu ac cum fructu defunctum.

— — Joh. Jacobus Gally, Dopschens. Patrem Simonem, tum Scholae Topschensis Rectorem, postea Ministrum Geczelfalvensem, matrem Mariam Schmid Kesmarkiensem, habuit. Patriae restitutus, per tempus Kesmarkini et Lomnitzii priuatus vixit, postea ad Ecclesiam Rakonczensem vocatus a Fischero Sup. d. 17. Dec. 1748 fuit ordinatus. Caeterum in Matr. Viteb. Vng. notatum reperii, eum, qua VDMinistrum Modrae mortuum esse.

Anno 1746.

29. *Apr.* Paulus Augustini, Trenchiniens. Hunc reducem in patriam, Modrae Con-Rectoris provinciam capessiuisse, et qua talem ibi-

Digitized by Google

dem an. 1754 vitam cum morte commutasse, Matr. Viteb. Vng. testis est.

1. *Maj.* Tobias Medveczky, Arvensis. Rediit in Sept. 1748. — An. 1762 d. 5. Apr. ordinatus est ad Bodony per Andr. Fridelyi Superint. postquam pluribus annis Neczpallini Scholam rexisset.

7. *Maj.* Joh. Szokohl, Göllnicz-bánya Scepusius. Rediit in Oct. 1749.

19. *Maj.* Joh. Theszaris, Videfalva Neogr. quem in patriam reuersum, 1749 15. Dec. Ministrum apud Egyhazienses constitutum fuisse reperio.

— — Joseph. Dlhanyi, Brezovia Kis-Honth. Patrem ei Rev. Joh. Dlhanyi 1724 ex Derencs ad Brezo translatum, Matrem Juditham Simonides, quibus 10. Aug. 1724 progenitus sit, fuisse, eumque 1752 d. 5. Junii, postquam 1748 in Oct. Viteberga rediisset, ac interea priuatus vixisset, ad Ecclesiam Rankoviensem apud Abaujvárienses a Fischero Sup. ordinatum esse, ex iis, quae Ministerio initiatus de se scripsit, constat.

— — Joh. Kolbányi, Neogr. Natus patre Christiano Martino, qui 1729 ex Rectoratu Kokauiensi ad Pastoratum Cserencsiensem promotus fuit, matre Rosina Messerschmied. Postquam Neosolii, Kesmarkini, atque Jaurini scientias percoluisset, easque Vitebergae sesqui anno confirmasset, ad Ecclesiam Dobrocsensem 30. Maj. 1748 per Fischerum ordinatus est. Hac subsequo tempore derelicta ad Ozdinensem transiit, ubi Con-Senioris simul officio in Cont. Neogr. defungebatur.

27. *Maj.* Michael Makovini, Hybbensis, alias etiam Mikovini dictus fuit. Egit post 1748, quo in patriam reuersus erat, Ivankofalvae Rectorem, Ladislao Erdegh haud dubie suffectus.

Digitized by Google

1755 d. 8. Jul. ordinatus in Pastorem Toth Gyürkensem Eliae Mohl Sup. opera.

9. *Jul.* Joh. Polleretzky, Thurocz. Redeiit in Sept. 1748. Eum in Alberti apud Pesthienses, qua VDMinistrum mortuum esse, Matr. Viteb. Vng. asserit.

1. *Oct.* Paulus Ghecs, Pesthiensis. Redeiit in Oct. 1747. An. 1748 15. Aug. sacris initiatus, Ecclesiae Apatelekiensi praefectus fuit.

22. *Oct.* Daniel Sztranszky, Cremniczio-Barsiensis. Rectius Sztranyowszky audit. Pater ei Daniel, mater Agneta Stanislaides, dies natalis 12 Oct. 1724 erat. Postquam ab Exteris rediisset, proli Spect. Ladislai Ottlik praefuit, factus postea in Polichno VDMinister, ordinatus a Fischero 8. Oct. 1749. Hinc 1752 Uhorszkam transiit.

Anno 1747.

21. *Apr.* Samuel Huszágh, Vetusol. Vitebergae d. 29. Aug. 1748 mortuus.

— — Joh. Grenertzi, Bisztra Gömöriensis. Priorem 1. Febr. 1749 ad Coelites secutus est.

— — Joh. Szikray, Terinio Nagy-Honth. quem 1749 in Apr. musis Vitebergensibus valedixisse, ac postea in patria Terinii, qua Ministrum mortuum esse, in Matr. Viteb. Hung. legere licet.

— — Joh. Major, Köviensis. Natus is erat Kövinii 1722, patre itidem Johanne, loci Ministro, matre Rosina Wozár. Absolutis tum in Hungaria, tum in Germania, Vitebergae et Halis, studiis, 1753 redux, factus est Scholae Kesmark. Rector, unde 1755 in Majo Csetnekinum transivit. Hinc Osgyaninum in VDMinistrum evocatus, 1. Febr. 1758 a Fischero est ordinatus. Osgyanino postea ad Cserencs, illinc autem ad N. Szlaboss venit, ubi 1784 viuere desiit. Vid.

Digitized by Google

Mem. provinciae Csetnek, p. 219. Filium habuit Johannem, celebrem nostra adhuc aetate Musicum, Scholae Alnoviensi praefectum, nuper fatis exstinctum.

22. *Apr.* Andreas Hieronymus Fridelyi, Bazinio-Poson., post reditum Ecclesiae Garamszegiensis VDMinister, et ab an. 1757—1666 Districtus Montani Superintendens.

15. *Jun.* Joh. Bartholomaeides, Pilisiensis. Patriae restitutus ad Ecclesiam Darassiensem evocatus atque ordinibus sacris initiatus 1753 d. 9. Jan. natum se in Kiskörös, in Cumania, scripsit. Transiit dein ad Irsam, Ecclesiam Com. Pesth., ibique est mortuus.

20. *Sept.* Matthaeus Dorcovitz, Dobrona Soliens. Rediit in Apr. 1750 fuitque post reditum aliquo tempore in Bagyan apud Nagy-Honthenses VDMinister; nam ibi 1780 mortuus perhibetur.

30. *Sept.* Joseph. Schmid, Dacso-Lamensis. Natus in Assakürt apud Nitrienses 17. Aug. 1725, patre Rev. Joh. Schmid, matre Susanna Rudnay. Ab Exteris reuersus provinciam Ministri in Ecclesia Kiszelliensi, ad quam d. 12. Sept. 1750 per Fischerum Sup. ordinatus erat, obibat.

2. *Oct.* Joh. Simonides, Leutsov. Rediit 1748 eodemque anno Neosolii sacra Evangelica ejuravit.

— — Georg. Horváth, Undensis ex Com. Sopron. Patriam in Sept. 1749 repetiit.

16. *Oct.* Samuel Drozdik, Trenchinio Trenchiniensis. Discessit Jenam 29. Sept. 1750. Anno vero 1753 12. Apr. in aulicum ad Ozoroz ordinatus est.

Digitized by Google

Anno 1748.

25. *Mart.* Joh. Beck, Kesmarkiens. Lucem adspexit Kesmarkini d. 13. Oct. 1727. Viteberga Helmstadium 21. Apr. 1750 abscesserat, unde postquam in Patriam rediisset, primum Eperiesini Con-Rector erat, postea Scholis Ivankofalvensi et Ratkoviensi Rector, tum ab an. 1758 d. 5. Dec. Minister coetibus Alsó-Sajóensi, Toportzensi ac postremo Nyiregyháziensi praefuit.

9. *Apr.* Andreas Spiner, Kesmark. Rediit in Octobri 1750. Postquam longo tempore nullam conditionem publicam nancisci potuisset, a sacris Evangelicis defecit, sedemque Kesmarkini in patria fixit, ubi subsequo tempore in numerum Senatorum lectus fuit.

3. *Maj.* Samuel Mokosini, Nagy-Honth. Patriam in Aprili 1750 repetiit, ast anno eodem denuo Vitebergam remeauit, atque in ditiones Borussicas profectus, ibidem Martem, quam Minervam, sequi maluit.

8. *Maj.* Georg. Eger, Neogr. Vitam Rev. Andreae Eger et Susannae Felicides debuit, natus in Nagy-Körtös. Finitis Neosolii, Topschae atque Posonii studiis, Rectorem in patria eousque egit, quoad collato aere Germaniam adire quiuit. Expletis isthic annis tribus, cum reditum in societate Joh. Major, de quo ad an. 1747 egimus, per principatum Dessaviensem adornaret, Dessauiae per milites Borussicos vi detentus, Halas deductus et ad militiam adactus fuit. Sex annis castra sequutus, in conflictu Pragensi feliciter profugit, et ad parentes delatus, biennium apud eosdem mansit. Deinde Ephorus Orphanorum Wolfgangi Vataj factus, Leutsoviam cum discipulis adiit, ac hinc elapso anni spatio, Batisfaluam in Ministrum vocatus d. 30. Apr. 1760 a Fischero Sup. est ordinatus. Praefuit Ecclesiae huic annis 30 et ultra.

Digitized by Google

29. *Maj.* Andreas Simonides, Pesthiensis. Rediit in patriam in Apr. 1749.

13. *Sept.* Christianus Paecken, Rosnaviens. Discesserat 1. Oct. 1749 Halas, sed in Aug. 1750 Vitebergam denuo rediit. 1751 d. 25. Sept. gradum Doctoris in arte salutari consecutus, 8. Oct. Patriam repetiit. Cf. Notit. Com. Gömör.

2. *Oct.* Martinus Victorini, Nagy-Honth. Isthic Viteb. d. 27. Sept. 1749 mortuus.

4. *Oct.* Beniamin. Plavetz, Schemnitz. Natus 1722 d. 4. Sept. Viteberga reducem factum Spect. Ladisl. de Radvány proli suae in Junio 1751 praefecit, in Oct. autem 1752 Ecclesia Dobrocsensis in Ministrum evocauit, ordinatum finem in eum 4. Oct. a. e. An. 1757 ex Dobrocs ad Pribely transiit, Michaeli Coronyo successor datus, ubi vero ejus mansio non fuit diuturna, nam an. 1760 mortuus, locum Joanni Sextyo fecit.

— — Nicolaus Ján, Gömöriensis. Parentibus incolis Köviniensibus mature orbatus, per Petrum Magulács, Ecclesiae Rimabányensis VDMinistrum, avunculum suum nutritus et educatus fuit. Hujus etiam consilio, postquam absolutis in Scholis Vngariae scientiis, Scholae Pritrsdensi praefectus, aes necessarium collegisset, Germaniam adiit. Redux ex ea Scholae Neczpallensi annis 4, Ratkoviensi duobus praefuit, unde Rima-Brezoviam vocatus 20. Apr. 1757 a Fischero Sup. est ordinatus. Matr. Viteb. Vng. perhibet, eum postea in Nitra-Szerdahely, ac ultimo Modrae Evangelii Praeconem fuisse.

— — Joh. Járossy, Scepusiens. Redux in Aprili 1750, eratque post reditum Guttae, Szarvasini, ultimo in Almás apud Nagy-Honthenses, V. D. Minister, ubi senio confectus, diem supremum obiit. Filium habuit Michaelem, celebrem

Scholae

Digitized by Google

Scholae Schemnitziensis Rectorem, haud ita pridem denatum.

— — Adamus Leporini, Pesthiensis. Rediit eodem cum priori tempore, quem ab an. 1754 iu Sásomház verbum. Dei docuisse et Sacramenta administrasse, in Matr. Viteb. Vngar. notatum reperitur. Mortuus 1805. Viuens nomen Leporini cum Michaletzky permutauit.

— — Andreas Grelnertzi, Bisztra-Gömöriensis. Lucem primam in Kiette, vico Comitatus Gömör 1727 conspexit, eratque frater Johannis ad an. 1747 notati. Redux elapso 9 mensium spatio, in locum Joh. Mezibrodszky in Ecclesia Ribniczensi successit, ordinatus a Fischero 27. Mart. 1751. Hinc ad Bisztro abiit, vnde amotus priuatam postea per tempus vitam vixit. An. 1786 in A. Esztergály Ministerio potitus, post biennium obiit.

14. *Nov.* Jeremias Labáth, Neogr. Locus natalis ei Maskova, vicus Com. Neogr. fuit, ubi 1725 lucem conspexit. Terminatis Vitebergae studiis in Apr. 1750 in patriam reversus, biennio ad latus parentum suorum vixit. Tandem ad Ecclesiam Nagy-Lamensem vocatus, d. 7. Jan. 1752 a Fischero ordinibus sacris est initiatus, in qua statione, teste Matrica Hung. Vitebergensi, vsque 1781 mansit.

21. *Nov.* David Müller, Rosnaviensis. Adversa pressus valetudine in Apr. 1749 patriam repetierat. Restitutus pristinae sanitati non perfecte, in Martio 1750 denuo Vitebergam, et quidem, ut eventus ostendit, eo fine rediit, ut isthic d. 17. Sept. a. e. vitam cum morte commutaret.

Anno 1749.

12. *Jun.* Georgius Fejes, Alsó-Szkalnokino Honth, domi, (ita ipse de se in Matrica

Digitized by Google

Viteb. Vngarica scripsit) Nobilis. Abiit in Apr. 1750 Helmstadium. Utrobique Juri operam dedit, aliis tamen etiam scientiis animum egregie imbuit. Redux, celebrem egit Advocatum, ac in Jurisdictione Honthensi Tabulae, ut dicunt, Judiciariae Assessorem. Mortuus est 1792. Plura de eodem in Notitia Comitatus Gömör. legere licet.

2. *Oct.* Andreas Ozgony, Modrens. Evocatus in Con-Rectorem Modram die 17. Dec. 1752 Musis Vitebergensibus valedixit. Erat postea Szuloviensis V. D. Minister, 1782 in Moraviam ad Hostyalkow, et hinc 1789 in Silesiam ad Golleschau prope Teschinum translatus.

— — Matthias Augustini, Trenchiniensis. Credimus filium fuisse Matthiae Senioris, Trenchiniensis Ecclesiae Ministri. Redux primum Scholam Pritrsdensem, tum Ecclesiam Kis-Körtösiensem, ad quam per Fridelium Sup. d. 1. Jul. 1763 ordinatus erat, ultimo Trenchiniensem rexit, in qua 1786 vivere desiit, teste Matr. Viteb. Vngarica.

Anno 1750.

16. *Apr.* Franciscus Laho, Radvaniens. Hunc patre Stephano, matre Catharina Czembel, d. 16. Aug. 1725 Radvanii natum, atque ab Exteris reuersum ad Ecclesiam Pongyeloczensem 1753 d. 26. Julii, a Fischero Sup. ordinatum esse, Matrica Ordinatorum Superintendentiae Cis- et Trans-Tibiscanae perhibet; nos eum ex Pongyelok 1756 ad Szenam transivisse, ibique 1774 vitam cum morte commutasse ex Matr. Viteb. Vngarica addimus.

8. *Maj.* Stephanus Nagy, Jaurinensis. Rediit in Majo 1753. Vitam et fata viri hujus, quem nuper adhuc Ecclesiae Trans-Danubianae qua Superintendentem venerabantur, vide in li-

Digitized by Google

bello: A' Dunántúl Evangy. Aug. Conf. Superintendentia Predikátorai, a Georg. Hrabowszky edito, et in Scripto Periodico: Annalen der Litteratur und Kunst IV. Heft. 1711.

— — Ladislaus Mlinarik, Jaurinensis. Erat post reditum (rediit vero adversa adactus valetudine, in Sept. 1751) in Ecclesia Dömölkiensi V. D. Praeco, mortuus 1765.

Anno 1751.

29. *Apr.* Joh. Palluss, Csanko-Honthens. Hunc in Majo 1754 reducem factum Ecclesiae Tereniensis apud Nagy-Honthenses aliquo tempore V. D. Ministrum fuisse, ibique 1800 vivere desiisse, Matr. Viteb. Vng. habet.

9. *Jun.* Paulus Netinaeus, Szenitza Nitriensis, ubi 1729 d. 22. Febr. natus fuit. Venit Vitebergam Halis. In Patriam 1752 reversus, proli Lad. de Radvány aliquamdiu praefuit, postea munus Con-Rectoris Leutsoviae gessit, ubi 1755 in locum Andreae Grósz, nationis Slavonicae Ministri successit, ordinibus sacris initiatus per Fischerum Sup. d. 22. Jan. a. e.

17. *Sept.* Elias Kubinyi, Klenoczino Kis-Honth. Nobili Prosapia Kubinyiorum 1721 satus, Patrem Melchiorem Kubinyi, matrem Mariam Bartholomaeides venerabatur. Terminatis in Patria sub Sam. Basilide, Osgyanini sub Georg. Farkas, Csetnekini sub Jacobo Tubel, Leutsoviae sub Weinerto, Sempronii denique et Eperiesini studiis, in aula Vice-Commendantis Cassoviensis, Caroli L. B. Quiczau, sibi de sumtibus ad Exteros prospexit. Mansit vero Vitebergae usque 24. April. 1752, qua Gryphisvaldiam abiit. Sed ejusdem anni mense Aug. denuo Vitebergam rediit, et Studia isthic usque 20. Oct. 1753 continuauit. Reuersus Scholam Toportzensem uno semestri re-

Digitized by Google

xit, promotus inde Csetnekinum in Ministrum, finemque in eum a Fischero d. 15. Jul. 1754 ordinatus. Vir fuit litteratissimus et facundissimus, idem tamen praejudiciis et fabulis anilibus de magis, sagis etc. nimium deditus, quales opiniones etiam confecto litterario Tractatu, non tamen luci publicae exposito, defendere conatus est. Inprimis vero a veneficiis sibi metuebat adeo, ut nec cibo, nec potu uti auderet, nisi quem aut uxor parauit et adtulit, aut quo alios uti praeuie videret. Propter ejusmodi veneficia imaginaria Csetnekiensem quoque stationem suam deseruit, atque in priuatum Taxoviam recessit. Transiit tamen postea in V. D. Ministrum Rima-Brezoviam, hinc ad Pongyelok, et inde Osgyaninum, ubi an. 1768 vivere desiit.

1. *Oct.* Alexius Révay de Réva. Vitebergam Francofurto venit, atque isthic Epistolam Pastoralem Joh. Josephi e Comitibus Trautson de Falckenstein S. R. I. Principis, et Archiepiscopi Viennensi ad Clerum d. 1. Januarii 1752 Vienna datam, observationibus practicis, moralibus, theologicis etc. exposuit, illustrauit, enucleavit, atque edidit, cui hunc in modum subscripsit: Alexius L. B. de Réva, olim ordinibus Franciscanorum Provinciae S. Mariae in Hungaria Praedicator et Lector Theologus, nec non Guardianus et Superior Nitriensis, nunc in Academia Vitebergensi Candidatus Theologiae. Abiit Viteberga 1755 in Nov. Berchinum ad Generalem Székelyi, apud quem militaria suscepit officia, ornatus dignitate Locumtenentis. Paucis, sed sufficienter egit de eodem Schmal in Advers. in Hist. Eccl. C. 1. §. 1.

8. *Oct.* Martinus Marikowszky, Rosenaviensis. Dissessit Jenam 1754. Studuit Medicinae, ac redux Posonii a sacris Evangelicis de-

Digitized by Google

sciuit. Cf. Horányi Mem. II. 550. ubi labores ejus sat fuse recensentur. Item Notitiam Com. Gömör, p. 412. cujus tamen auctor Marikowszkyum Vitebergae studuisse, dum scriberet, ignorauit.

6. *Nov.* Joh. Drozdik, Trenchiniens. Rediit in Patriam mense Octobri 1754, in qua, cum tractando et dicendo Juri animum addixisset, potea strenuum Evangelicorum Aug. Conf. Viennae ad Aulam Agentem multis annis egit, ac cum fine saeculi XVIII. ibidem mortuus est, successorem Joh. Sok nactus.

— — Joh. Cherny, Trenchiniens. Rediit in Febr. 1756. Honori ejus datum est nomine Civium Pannonum Carmen Propempticum de solennitate Jubilaei ob Pacem Passauiensem. Redux ab an. 1757—1764 Scholam Sajó-Gömöriensem rexit, hicque mortuus est.

Anno 1752.

23. *Apr.* Andreas Petróczy, Poson. Eum in Patriam reuersum Ministrum Csikvandiensem fuisse, ac Vadosfalvae 1770 consortio humano morte ereptum esse, ex Mat. Vit. Vng. huc adponimus.

— — Steph. Benkótzy, Schemnitz. Fata viri hujus ignoramus. Hoc tamen scimus, eum Vitebergae triplici distincta vice adfuisse. Etenim 1753 d. 5. Maji Halas abscedens, inde Vitebergam 1755 denuo rediit. Hinc 29. Sept. 1758 in Sveciam abiit, at vero exinde, antequam Patriam repeteret, Leucoream remeauit, consequenter triplici distincta vice stipendio quoque usus est. Ulteriora ejus fata latent.

Anno 1753.

24. *Mart.* Joh. Klatsányi, Thurocz. Venit Vitebergam Halis, mansitque isthic usque 6. Maji 1754. Reversus in Patriam, factus est Kom-

Digitized by Google

losini apud Békesienses V. D. Minister, mortuus ibidem 1763.

9. *Maj.* Adamus Latsny, Thurocz. Huic post reditum apud Neczpallenses Rectori Scholae primum, postea Ecclesiae Ministro, 1796 fatis functo, Horányi opusculum, sub titulo: Catalogus Librorum, Dissertationum et Mactorum variorum ad rem Hungaricam, magna diligentia congestus, 1755 Vitebergae absolutus, confectum tribuit.

— — Daniel Bobor, Nagy-Honth. Rediit in Oct. 1755 sequenti 1756, qua Pastor Szelesiensis mortuus.

15. *Maj.* Joh. Mich. Hauser, Leutsov. Rediit 1756.

— — Martinus Than, Monte-Georgio Scepusius. Natus 22. Martii an. 1732. Postquam ab Exteris 1756 redux factus fuisset, ad Ecclesiam Menhardivillanam a Fischero d. 9. Martii 1758 est ordinatus. Cf. Annales Schemnitzienses Vol. I. Trimestre III. p. 79. Mortuus est 1792.

17. *Maj.* Joh. Christianus Szilassy, Leutsov. Fructus laborum suorum exiguos percipere potuit. Nam breui post reditum in Patriam 1756 mortuum esse, Matr. Vit. Vng. testis est.

27. *Oct.* Matthias Thomann, Neosol. Erat post reditum Scholae patriae Rector, usque an. 1787, quo, visu prius orbatus, vivere desiit.

Anno 1754.

9. *Maj.* Paulus Mitschovszky, Liptsa-Soliens. Hunc post reditum, qui in mensem Majum 1756 inciderat, Neczpallensi ac postea Csetneklensi Ecclesiae, in qua 1762 mortuus est, praefuisse, certum est.

27. *Maj.* Samuel Ahhortis, Lomnitzio Scepusiens. Discessit 9. Sept. Gryphisvaldiam.

Digitized by Google

Ejus, secuto tempore Sub-Rectoris Kesmarkiensis, et post triennium Ministri Georgio Montani, d. 13. Oct. 1761 a Fischero ordinati, vitam et fata ulteriora descripsere Genersich II, 17. et Annales Schemnitzienses Vol. I. Trimestr. II, p. 77.

20. *Jul.* Paulus Fabri, Neosol. Vitebergae non modo munus Bibliothecarii annis 4 gessit, verum etiam 1756 sub praesidio D. Friderici Börner antiquitates medicas Aegyptiacas defendit, perhibente Klein I, 34. Redux in Nov. 1759 primum Posonii apud Frendelium Informatoris, tum ab an. 1762 d. 4. Maji in domo Hellenbachiana Ephori et aulici Concionatoris provinciam obibat, ordinibus sacris per Fridelium Sup. initiatus. Erat postea in Szent-Kereszt apud Nagy-Honthenses, Alsó-Stregowae et Neczpallini Sacrorum Curio.

1. *Oct.* Joh. Sigismundus Huksz, Sárosiensis. Venit Vitebergam Gryphisvaldia, discessit autem Helmstadium 12. Apr. 1755.

10. *Oct.* Michael Szinovitz, Neosol. Rediit in Majo 1757, factus post reditum Scholae Ratkoviensis Rector. Hinc ad Szent-Péter evocatus, 1759 Ministerio initiatus est. Transiit postea ad Szügyenses, ab his ad Ratkovienses, ab istis rediit iterum ad Szügyenses. Isthinc abiit ad Garamszegh, postremo Neosolium delatus successor Joanni Csernyánszky in dignitate Superintendentali datus fuit.

Anno 1755.

17. *Apr.* Georg. Kindernay, Némethfalva Soliens., quem Bibliothecae Hungaricae praefuisse, 4. Octobris Musis Vitebergensibus valedixisse, ac reuersum in Patriam Ecclesiis Turitskaiensi primum, ad quam 15. Dec. 1761 per Fridelium ordinatus erat, postea Cseriensi, et huic quidem annum usque 1783 praefuisse in Matr. Viteb. Vng. scriptum deprehendi.

Digitized by Google

— — Samuel Hrabovszky, ex Com. Schimegh. Rediit in Majo 1757. Tétini in Com. Jaurin. Minister constitutus, 1786 Superintendens renunciatus, mortuus 1796 d. 8. Maji.

23. *Apr.* Andreas Luptak, Libetho-bánya Soliens. Hic post reditum ad Ecclesiam Kiszelliensem, opera Superintendentis Fridelii d. 27. Aug. 1757 ordinatus, vivere desiit 1765.

1. *Maj.* Andreas Casparides, Almásino Honth. Venit Vitebergam Halis, Magistri legentis dignitatem consecutus, in Majo 1757 Patriam repetiit, factus dein Neczpallini, in locum Adami Latsny, Scholae Rector. Etiam Ivankofalvae Rectorem fuisse, reperio.

4. *Jul.* Joh. Raduch, Boldog-Aszszonyfalva Liptov. Patriae restitutus Scholam Csetnekiensem annis 4. rexit, ex qua Rozloznam vocatus d. 10. Martii 1762 a Fischero fuit ordinatus.

Anno 1756.

6. *Maj.* Joh. Georg. Tirtsch, Eperiesiens. Matr. Viteb. Vngarica sequentia de eo habet: Redux, erat primum priuatus prolium Informator, postea Nagy-bányam vocatus a Fischero 9. Dec. 1761 est ordinatus. Nagy-bánya Geczelfalvam, ab inde vero circa finem 1771 anni Nyiregyházam est delatus, cui tamen amplissimae Ecclesiae vix uno anno, morte quippe absumtus, praefuit. Eo mortuo Sacerdos Catholicus Mandato Regis Mariae Theresiae ibidem est introductus, Rectore loci Joh. Lehotzky in exilium misso, qui fortunam meliorem quaesiturus 1772 Eperiesinum venit, ibique sub Clar. Joh. Carlowszky studiis operam dabat.

10. *Maj.* Gabriel Institoris Mossótzy, Gyöngyösino Hevesiensis. Natus fuit 19. Jan. 1732 Parentibus nobilibus Michaele Instito-

Digitized by Google

ris Mossótzy, atque Susanna Sauer. Patre mature orbatus, ad illustrem aulam Radvanszkyorum deuenit, in qua cum herulis priuata usus est institutione. Rhetor factus, Posonium ad scholas tendens, patriam Urbem et amicos invisit, quibus, ad mutationem Sacrorum eum perducere optantibus, cum obtemperare nollet, dure habitus, et vix libertati restitutus est, prout haec omnia ipse consignauit, dum in V. D. Ministrum ordinatus fuisset. Liber factus studia Posonii continuauit, quae postea Vitebergae atque Jenae confirmauit. Reuersus ab Exteris Scholae Szuloviensi primum praefuit, postea statione hac relicta Radvanii privatum Informatorem egit. Hinc Cassoviam in Ministrum nationis Hungaricae vocatus a Fischero Sup. d. 6. Martii 1761 ordinibus sacris est initiatus. Fuit postremo Ecclesiae Pusztafedémesiensis Minister.

— — Joh. Geitz, Trenchiniens. Rediit in Junio 1759. Pastorem in Bagonya, postremo in Dobroniva apud Solienses fuisse Matr. Vit. Vng. asserit.

17. *Jul.* Andreas Jonas Benedikti, Csetnekiensis. Morbo, propter quem 11. Oct. 1758 Musis Vitebergensibus valedixerat, oppressus, Posonii in reditu d. 27. Dec. a. e. animam Deo reddidit.

7. *Oct.* Michael Institoris Mossótzy, Bisztricska Thurocz. Accepta a Posoniensibus, in locum Miletzii in Ministrum Hungaro-Slavum vocatione, Patriam in Martio 1758 repetiit. Vitam et scripta ejus enarrant Horányi Mem. II, 231 Vallaszky in Consp. Hist. Litt. ed. postr. p. 300. et Justa funebria eidem an. 1803 d. 7. Oct. fatis functo Posonii persoluta.

— — Samuel Prievitzky, Vetusol. Post an. 1759, quo mense Junio in Patriam red-

Digitized by Google

ierat, Szuloviensi, Cremnitziensi item nationis Slavonicae Ecclesiae, qua V. D. Minister praefuit.

Anno 1757.

24. *Apr.* Paulus Kiszelini, Osztroluka Soliens. Dum post reditum in patriam 1761 d. 24. Apr. ad Prandorf per Fridelium Sup. sacris ordinibus initiaretur, Bagyanensem se scripsit. Matr. Viteb. Vng. testatur, eum hac in statione 1770 mortuum esse.

19. *Oct.* Petrus Madács, Nagy-Poloma Gömöriensis. Mansit Vitebergae usque 1770 mens. Oct., quo Patriam repetiit, ubi prius d. 23. Aug. a. e. summos in Medicina honores consecutus fuisset. Vitam et fata ejus S. D. Joh. Fejes complexus est, in memoria Petri Madács, Medicinae Doctoris etc. Neosolii 1807 impressa.

28. *Oct.* Adamus Textoris, Vetusol. Venit Vitebergam Altorfino. Patriae 1760 restitutus in Ecclesia Legindensi V. D. Minister factus est.

Anno 1761.

14. *Apr.* Alexander Antoni, Alnoviensis, ubi 1738 lucem primam conspexit. Itidem ex Altorfiensi Academia Vitebergam delatus est. In Patriam reversus ad Ecclesiam Fancsalensem per Fischerum Sup. d. 18. Dec. 1764 ordinatur.

Circa haec tempora nomine regio omnes, qui apud Exteros morabantur, Vngari Mandato Exc. Consilii denuo domum revocabantur.

Anno 1763.

5. *Oct.* Samuel Petko, Cerovia Nagy-Honth. Altorfino, exacto ibidem anno uno, Vitebergam venit, moratus isthic usque 19. Sept. 1764. Anno 1765 d. 26. Apr. ad Berénke trans Tibiscum per Fridelium Sup. ordinatus est.

Digitized by Google

— — Samuel Kuzmányi, Maskovia Neogr. Pater ei Joannes, Ecclesiae Maskoviensis Minister, mater Maria Vladár, tempus natale 1736 d. 25. Aug. erat. Terminatis in Scholis Patriae studiis, iisque Altorfini atque Vitebergae confirmatis, Atsae primum priuatum in Ill. Pronayorum domo, ab an. 1764—66 Informatorem, postea Con-Rectorem Eperiesini, usque 1772, tum Sajó-Gömörini Rectorem usque 1784 egit. Gömörino ad Rima-Brezó in V. D. Ministrum 15 Junii anni ejusd. 1784 ordinatus est, hinc autem ad Rima-Szombath transiit, ubi simul Contubernii Kis-Honthani Senior, an. usque 1806 vixit.

Anno 1766.

16. *Jun.* Samuel Spannagel, Leutsov. Vocatus in Informatorem prolium L. B. Joh. Hellenbach, Vitebergae 18. Apr. 1768 valedixit. Fuit postea Pasoviensis Ecclesiae in Slavonia Pastor, officio huic 14. Maji 1770 per Sup. Michaelem Pohlium initiatus.

13. *Jul.* Joh. Sam. Martinyi, Tamásino Neogr. — Vitebergae Paedagogum egit; 1770 d. 10. Aug. summos in Philosophia honores suscepit. Rediit in Jan. 1773, ad educandam Podmaniczkyanam prolem Aszodinum vocatus. Hinc ad Szenam apud Neogr. in Ministrum transiit, ordinatus per Pohlium Sup. 22. Jun. 1774 in Börsönyensi Ecclesia mortuus.

12. *Nov.* Andreas Zemko, Szantovia Abaujváriensis. Leuatis ex more Stipendiis in Sept. 1767 Göttingam petiit. Redux in Patriam, ut tanto majori cum fructu prolibus C. Zichy praefici potuisset, priuatus aliquamdiu Sempronii, apud Krugerum celebrem tum temporis Geometram in Mathesim incubuit. At vero, dum laborum suorum fructus capere inciperet, praecoci morte exstinctus obiit.

Digitized by Google

15. *Nov.* Michael Zwantziger, Leutsov. Discessit Halam in autumno 1768.

Anno 1767.

17. *Maj.* Joh. Hradszky, Krajnensis. Rediit in Patriam, teste Matr. Viteb. Vng., in Aprili 1769, factus postea in Domony apud Pesthinenses, V. D. Minister.

4. *Oct.* Samuel Mixadt, Turopolya Neogr. Erat filius alterius Samuelis ad an. 1740 notati, ac an. eodem, quo rediit, 1769 mense Dec. ad Felső-Stregovam in Ministrum evocatus est, unde postea ad Nagy-Lam transiit 1781, biennio post ad beatiores sedes translatus.

7. *Oct.* Theophilus Szilvágyi, Lovász-Patona Veszprim., isthic Vitebergae 14. Jul. 1768 morte exstinctus.

— — Ferdinandus Wendler, Cremnitz. Redux an. 1770 in Sept. oblatam sibi apud S. D. Zitkovszky provinciam Informatoris acceptat; 1771 Sub-Rector Scholae Posoniensis constituitur, 1773 in Ministrum Samáriam ordinatur.

20. *Oct.* Joh. Tischlerus, Neosoliens. Venit Vitebergam ex publica Rectoratus Radvániensis statione. Patriae restitutus Scholae Trenchiniensi per tempus praefuit, quam relinquere coactus postremo trans Danubium Minister constitutus est, teste Matr. Vit. Vng.

28. *Oct.* Samuel Milko, Dráskotzio Thurocz. Erat post an. 1770, quo in patriam rediit, apud Neczpallenses Scholae Rector, et in Nagy-Kosztolány V. D. Praeco, ordinatus a Joh. Csernyanszkyo Sup. 30. Jan. 1782.

21. *Nov.* Martinus Klanicza, Martinopolio Thurocz. Natus 2. Sept. 1740 patre Joh. Klanicza, L. B. Pauli de Réva Provisore, matre Anna Palusch. Viteberga in Februario 1769 rediit

Digitized by Google

ad capessendam provinciam Rectoris Csetnekini, cui usque 5. Febr. 1771, qua per Fischerum Sup. Rima-Brezoviam ordinatus erat, cum laude praefuit. Hac transiit ad Maglod, hinc vero Kövinium venit, ubi anno 1810 diem supremum obiit. Qualia scripserit, in Notit. Com. Gömör. expositum est.

— — Elias Martschek, Martinopolio Thurocz. Ad Ecclesiam Hybbensem in Ministrum vocatus, rediit in Julio 1769, cui postea usque 20. Jan. 1776 praefuit.

— — Christophorus Lyci, Pusztaföldémes. Rediit in Apr. 1770, proles S. D. Pauli Jeszenák informaturus. Fuit postea aulicus apud L. B. Hellenbach Concionator, 1772 d. 6. Jul. finem in eum per Sup. Pohlium ordinatus, unde ad Ecclesiam Csankensem, et hinc Neosolium transiit, Isthic Ecclesiae, et toti Districtui Montano, in locum Rdissimi Hamalyar morbo oppressi, Superintendens renunciatus praefuit, 1814 d. 18. Aug. mortuus.

Anno 1768.

19. *Apr.* Georg. Porubszky, Nicopolio Liptov. Vitebergae 17. Jan. 1770 mortuus.

23. *Apr.* Joh. Zubeck, Trenchiniens. Discessit 4. Oct. a. e. Erfurtum, unde in Patriam reversus, Tischlero in Scholae Trenchiniensis Rectoratu successor datus fuit. Transiit hinc ad Ecclesiam Istebnensem, apud Arvenses, ex hac vero iterum Trenchinium rediit, ubi hucdum vivit, et simul in Contubernio Trenchiniensi Senioris officio defungitur.

— — Daniel Majoros, alias Mayer, Rosenaviens. Postquam 1771 rediisset, atque longiori tempore priuati Informatoris provinciam apud Okolitsányios in Scepusio, Blaskovitzios Po-

Google

sonii, Sembergelyios denique Jaurini sustinuisset, in Ecclesia Szent-Lászlóiensis apud Veszprimienses dignitatem Ministri est consecutus.

18. *Maj.* Joh. Rasztoczky, Briznensis. Natum se Briznae 1737, Viteberga Erfurtum abiisse, inde reversum ad Ecclesiam Koraszkoviensem, a Fischero Sup. 25. Jul. 1770 ordinatum esse, in Matr. Sup. Ord. ipse perhibuit. Nos, eum ex Kraszkó 1772 ad Ledczin transivisse, ibique 1780 vivere desiisse, addimus.

21. *Jun.* Joh. Szarvas, Eperiesiensis. Filius Laurentii superius memorati, frater Josephi, Turmae Nob. Praet. Vng. Pro-Praefecti, natus Febr. 1740, ab Exteris redux factus ad Ecclesiam Nationis Slavonicae Bartphensem d. 27. Sept. 1773 per Fischerum Sup. est ordinatus.

11. *Oct.* Michael Glosius, Szirághino Neogr. Praefuit post reditum aliquamdiu proli S. D. Alexandri Podmaniczky in Aszód. Sed stationem hanc non multo post missam facere debuit aduersa valetudine pressus, quam, ut a se amoliatur, Posonium concessit, ubi vero ei dies 4. Jan. 1773 finem vitae adtulit.

Anno 1769.

11. *Apr.* Joh. Csipkay, Bartphens. Erat post reditum, qui in Aprilem 1771 inciderat, Posonii primum apud D. Vörös priuatus informator, postea in Kiette apud Gömörienses V. D. Minister, ordinatus eo per Ficherum Sup. 6. Martii 1784. Subsequo tempore Nagy-Bányam abiit.

— — Samuel Buth, Ebeczkino Neogr. Dum 1773 15. Martii per Pohlium Sup. ad Alsó-Esztergály in Ministrum ordinaretur, Szügyensem se scripsit. Discessit Lubinam ad Nitrienses.

25. *Sept.* Michael Magulács, Kis-Honth. Nepos Petri, cujus ad an. 1709 meminimus, ex

Digitized by Google

filio Michaele, Ecclesiae Coronobányensis apud Kishonthanos V. D. M., ejusque consorte Juliana Karguth. Redux ab Exteris apud Radvánszkyos, uti etiam ante exitum, Informatorem priuatum egit, dein ad Ecclesiam Rahoviensem vocatus a Fischero 14. Dec. 1772 ordinatus fuit; mortuus ibidem 1801.

Anno 1770.

2. *Maj.* Georg. Bukowszky, Pesthiens. Rediit in Aug. 1771, vocatus pro Informatore ad D. de Gosztony. An. 1773 fit Ivankófalvae Rector. Hinc 1774 ad Ecclesiam Legindensem apud Neogradienses transiit, ubi malo hypochondriae diu vexatus, finem vivendi fecit.

— — Paulus Huszág, Vetusol. Matr. Viteb. Vng. perhibet, eum ad DD. de Sréter in aulicum Concionatorem vocatum 7. Martii 1772 Musis Vitebergensibus valedixisse, ac postea in Ecclesia Rakonczensi quoque Sacrorum Ministrum fuisse, in qua fatis cessit.

— — Matthias Bentsok, Nagy-Honth. Theszériensis. Rediit in Majo 1772, ordinatus per Pohlium Sup. ad Bér 10. Jan. 1774.

3. *Maj.* Stephanus Doloviczéni, Tótfalva Scepus. Venit Gryphisvalda Vitebergam, ubi biennio et ultra litteris operam dabat. Patriae restitutus primum Paedagogum apud Marjássios, postea V. D. Ministrum in Istebne egit, ordinatus eo a Fischero Sup. 10. Maj. 1773. Hac statione postquam excidisset, priuatus vixit

29. *Oct.* Steph. Kutsan, Kis-Peczino Jaurinens. Filius patris cognominis ad an. 1735 notati. Erat post reditum apud Paulum Jeszenák Informator, tum in Patria Kis-Peczini V. D. Minister, unde Ajkam promotus fuit.

— — Paulus Dóczi, Dörino Sopronien. Eum 1773 ad Ecclesiam Kartaiensem apud

Digitized by Google

Veszprimienses ordinatum fuisse, ex Matr. Viteb. Vng. huc adpono.

Anno 1771.

13. *Oct.* Joh. Mixadt, Neogr. Erat filius Samuelis ad an. 1740 et frater alterius, itidem Samuelis ad an. 1767 notati. Praefuit post reditum longo tempore proli Georgii Radvánszky in Radvány, et difficulter nonnisi ad acceptandam stationem Ministerialem apud Dobroczenses permoueri potuit, ordinatus per Csernyánszkium Sup. 22. Nov. 1783. In hac statione sibi et amicis an. usque 1813 mens. Jan. coelebs vixit.

— — Adamus Kárász, Palota-Veszprim. Vitebergam ex publica Fel-Péczíensi Rectorali statione venit. Consummato isthic biennio in Aug. 1773 Patriam repetiit, ordinatus a. e. 8. Sept. ad Fel-Pécz. Transiit hinc 1783 Günzium, in locum Rev. Joh. Ásbóth. An. 1786 in Congregatione in N. Dömölk habita Senior Districtus mediocris in Com. Castriferrei renunciatus, 1796 in Superintendentem candidatus fuit. Typis vulgauit sermonem funebrem: A' jobb részt választó Mária. Halotti Prédikátzió néhai T. N. V. Karcsay Samuel Assessor Úr 's a' t. Hitves Társának T. Janeczkay Mária Aszszonyságnak eltemettetésére 's a' t. Posony. 1805.

— — Michael Kovách Martinyi, Tamásino Neogr. Filius Joh. ad an. 1734, et frater Samuelis ad an. 1766 memorati. Rediit in Apr. 1774, vocatus ad Paulum Prónay pro Informatore. 1775 d. 7. Sept. ad Turopoly per Mich. Pohlium Sup. ordinatus fuit. Transiit hinc Modram, ubi ad an. 1796 Nationi Germanicae seruiuit, quo, mortuo Rev. Ján, Slavis praeesse incepit. Officio Senioris in Senioratu multis annis defunctus, in Oct. anni 1816 Districtus Cis-Tibiscani, in locum Rdissi Crudy, Superintendens creatus est.

Anno

Digitized by Google

Anno 1772.

7. *Maj.* Matthias Lányi, Szent-Martonio Thurocz. Huic pater Georgius, mater Anna Lautsek, dies natalis 25. Apr. 1744 erat. Ab Exteris in Apr. 1774 reuersus, provinciam Informatoris apud Gabrielem Baitsi, cui jam ante exitum biennio et ultra innotuerat, administrandam capessiuit. Sed ex hac $\frac{3}{4}$ anni elapsis Czekeházam in Ministrum transiit, ordinatus a Greg. Fabry Sup. 28. Oct. a. e. Expletis Czekeházae annis 8, mensibus 9 Oláh-Patakam 1783 delatus est, ubi 1812 in Apr. vivere desiit.

17. *Oct.* Joh. Prunyi, Lepossino Sárosiens. Patrem cognominem Abbosini in Com. Sáros. V. D. Ministrum, matrem Annam Reiner habuit, natus 1. Apr. 1741. Postquam ab Exteris rediisset, domo Mariassidum Batisfalvae Informatorem egit, usque 1783, quo ad Ecclesiam Alsó-Sajóensem vocatus, 6. Dec. a Ruffinyio Sup. ordinibus sacris initiatus est. Vixit hic usque 1809 mens. Mart., cujus 16. die mortuus Matthiae Liptay, Rosenauia huc translato, locum fecit.

25. *Oct.* Samuel Liptay. Felső-Pokoragyino Kis-Honth. Natus in Pokoragy patre Andrea, loci ejus Ministro, matre Juditha Malatinszky, d. 25. Sept. 1748. Erat ante exitum Docens Scholae Fel-Pétziensis in Com. Jaurin., post reditum autem in Ecclesia Pokoragyiensi primum, ad quam 23. Sept. 1775 ordinatus fuit, patris successor, postea ab an. 1778—1806 Czinobányae VDM.

Anno 1773.

29. *Mart.* Adamus Muszszy, Poson. Venit Vitebergam Halis, post annum cum dimidio ibidem expletum discessit in Patriam 4. Oct. a. e.

27. *Apr.* Andreas Kirchner, Csank. Nagy-Honth. Dignitatem Magistri consecutus,

Digitized by Google

1775 Patriam repetiit, factus Ivankofalvae Scholae Rector, ubi tamen eum non diu vixisse invenio.

Anno 1774.

25. *Sept.* Joh. Michalitska, Dezsericio Trenchiniens. Egit ante exitum Rectorem et Grammaticum in Kún-Taplocz, Tamás et Csujvár. Viteberga in Apr. 1775 Lipsiam concessit, unde in Ministrum Nagy-Körtösiensem revocatus, in Patriam rediit, ordinatus per Michaelem Pohlium Sup. 20. Sept. a. e. 1775. Ex Nagy-Körtös Tamásinum, et hinc iterum 1785 Carponam transiuit, ubi mortuus est.

Anno 1775.

28. *Apr.* Martinus Martschek, Thurocz. Venit Vitebergam Jena, eratque post reditum ab Exteris Informator apud Joh. Ottlik in Ozor, postea in Morauia in pago Jessena V. D. Minister.

3. *Maj.* Andreas Claudini, Neogr. Itidem Jena Vitebergam adpulit. Eum in Patriam reducem factum a Sacris Evangelicis descivisse, ac Parochum Catholicum in Rábaköz constitutum fuisse, Matr. Vit. Vng. perhibet.

21. *Oct.* Stephanus Komáry, Szudensis. Erat post an. 1777, quo in Patriam rediit, primum Neosolii Con-Rector, postea ab an. 1787 Cremniczii Rector. Nunc priuatus Neosolii in paterna domo vitam trudit.

Anno 1776.

11. *Maj.* Daniel Makovinyi, Neogr. Vitebergam Lipsia venit; Patriam in Majo 1777 repetiit, ut prolium Joa. Ottlik praefectus, ac postmodum in Ecclesia Felső-Stregoviensi Minister Sacrorum fieret, ordinatus per Joa. Csernyánszky

Digitized by Google

Sup. 29. Mart. 1781. — An. 1783 discessit ad Bér, inde transiit ad Körtös, abinde ad Poltár, ubi an. 1801 mortuus est.

— — Michael Solnensis, Arvensis. Aeque Lipsia Leucoream adpulit. Reversum in Patriam Ivankofalvae Rectorem Scholae constitutum fuisse, postea in Morauia, ultimo Neczpallini Praeconem Evangelii egisse Matr. Viteb. Vng. testis est.

20. *Maj.* Andreas Mikita, Lossontziensis. Erat post an. 1777, quo Patriae restitutus fuit, in Kiszelö Scholae Rector et in Morauia Minister, Lossontzini, ubi biennio scholae praefuit, denatus.

— — Samuel Horváth, Csernye Veszprem. Successit reversus in Patriam Paulo Bárány Palotae in officio ministeriali, ordinatus a Perlakyo Sup. 5. Dec. 1778. — An. 1783 transiit ad Gyönk in locum Adami Németh. An. 1787 ad Geresd in locum Pauli Tatay. An. 1791 Synodo Pesthiensi, qua surrogatus Deputatus interfuit. An. 1798 ad Tamás in locum Pauli Druglányi concessit. Edidit sequentia: 1.) Az Úr Asztalához járúlóknak oktatások 1790. 2.) Keresztény Abécé, avagy: A' Keresztény tudománynak első betüi 1796. 3.) A'Hétnek minden napjára való Reggeli és Estvéli Imádságok. Győrött 1799 in 12. 4.) Imádságos Könyv, avagy: a' közönséges Isteni Tiszteletre és az idönek 's külömbféle eseteknek Környüllállásaira alkalmaztatott Könyörgések. Győr. 1799 in 8.

25. *Maj.* Michael Petyian, Polichna Neogr. Rediit exactis 7 mensibus, factus primum prolium Josephi Balogh Informator, postea V. D. Minister in Vanyartz, an. 1783 d. 20. Febr. ordinatus. Hac statione relicta privatus aliquamdiu vixit, datus postea successor patri suo in Ecclesia Polichnensi, in qua hucdum vivit et manet.

Digitized by Google

16. *Aug.* Michael Ferdinandi, Rötza Gömöriensis. Abiit in Decemb. 1778 Lipsiam, ibi usque mens. Apr. sequentis anni moram traxit. In Patriam reversus brevi tempore proles D. Danielis Pulszky informabat. Nam 1780 Scholae Bartphensi praefectus fuit. Bartpha 1781 Csetnekinum in Rectorem Ludi, hinc vero 1785 Taxoviam in Ministrum transiit, ordinatus 13. Sept. a. e. — An. 1792 officio valedixit, in privatum recessit, ac non multo post Bartphae mortuus est.

2. *Nov.* Sigismundus Paulliny, Benye Pesthiensis, quem 1778 Patriae restitutum, Ecclesiam Legindensem, ad quam 15. Junii 1781 ordinatus fuit, et postea Nemes-Podhradiensem rexisse, Matr. Viteb. Vng. perhibet.

Anno 1777.

6. *Oct.* Joseph. Hrebenda, alterius Josephi ad an. 1741 notati filius, ac post reditum prius Ecclesiae Zavadiensis, ad quam per Csernyánszky Sup. 4. Dec. 1780 ordinatus erat, postea in Kis-Sztankócz, tum in Zay-Ugrotz, nunc in Kosztolna V. D. Minister.

Anno 1779.

14. *Apr.* Joh. Michaletz, Miavia Nitriens. Matrica Vit. Vng. notat, eum Vitebergam Lipsia, ubi sesqui anno studuerit, venisse, 1780 in Apr. Patriam repetiisse, V. D. Ministrum in Morauia, loco Hoczlár, evasisse, inde ad Oppidum Turán apud Thuróczienses transivisse, ultimo hinc exulare debuisse.

9. *Oct.* Martinus Bobor, F. Terény Nagy-Honth. Biennio isthic moratus, atque in Patriam reuersus prius in Czér, quo 1782 d. 5. Dec. ordinatus fuit, postea in Lissov V. D. Ministrum egit, ubi et vivere desiit.

Digitized by Google

30. *Oct.* Blasius Berke, Kancsoczino Castrif. Posteaquam in Sept. 1782 in Patriam rediisset, Ecclesiae Hungaro-Vandalicae trans Istrum in Hodos existentis, Evangelii Praeco factus est.

Anno 1780.

20. *Apr.* Michael Gotthardt, Dopschensis. Lucem adspexit Dopschae 1756, patre Michaele Gotthardt, matre Susanna Gömöri genitus. — Dignitate Magistri Philosophiae consecuta rediit in Patriam, Oct. 1782, bibliothecarii munere Bartholomaeidi resignato. An. 1783 d. 31. Oct. ordinibus sacris per Ruffinyium Sup. est initiatus, Ecclesiae Vagendrüslensi praeficiendus. An. 1788 Igloviam transiit, ubi ad praesens usque tempus cum laude Deo et Ecclesiae servit.

Anno 1781.

19. *Apr.* Joh. Lauro, Nagy-Lam. Neogr. 1783 d. 16. Apr. per Csernyanszkium Sup. ad Ecclesiam Pruskovitzensem in Morauia ordinatus, Mikitio successit. Hinc in Hungariam remissus, non multo post vivere desiit.

15. *Maj.* Samuel Pulliny, Ratkoviensis. Constitutus in reditu, oblatam sibi in Bohemia, loco Cztinovecz nuncupato, conditionem ministerialem acceptat, ad eamque per Mich. Torkos Sup. d. 22 Nov. 1782 ordinatur. Ei postquam uno alteroue anno praefuisset, ac matrimonium etiam in Bohemia inivisset, Budikfalvam apud Gömörienses vocatus, in Hungariam rediit, ibique hucdum nemini molestus vivit.

— — Matthias Holko, Szkálnokiensis. Lucem conspexit an. 1757, genitus patre Matthia Holko, Ecclesiarum Kobelariensis, Nyustensis et Szkalnokiensis V. D. Ministro multum merito, uperius ad an. 1741 inducto. Prima litterarum fun-

Digitized by Google

damenta ab ipso patre didicit, quae sub Jasztrabinio Osgyanini annis tribus, Leutsoviae annis 4, et Posonii confirmauit. Redux ab Exteris patri, vivo quidem, sed debili sufficiendus, Dopschae d. 15. Oct. 1783 per Ruffinyium Sup. ordinatus est. Mansit Szkalnokini annis novem, postea Rima-Brezoviam, ac hinc an. 1799 Rima-Bányam transiuit. In hac statione hucdum manet, ac simul Ecclesiis Cont. KisHonthani Senior praeest. Ex pluribus, quae priuatim elaborauit, occasione Solemnium Bibliothecae Senioralis in KisHonth erectae celebratorum publici juris fecit: 1) Carmen slavicum 1809 recitatum, 1810 Neosolii impressum. 2.) Commentationem de impedimentis et commodis illorum, qui ruri habitant, circa colendas litteras, 1810 occasione secundorum Solennium praelectam. Neosolii 1811 in 8. et 3.) Commentationes simili occasione praelectas argumenti diuersi plures.

23. *Sept.* Gabriel Petyian, Polichna Neogr. Ex quo an. 1783 Sept. in Patriam rediit, Abelovae apud Neogradienses officio V. D. Ministri defungitur, ordinatus per Csernyanszkium Sup. 19. Nov. a. e.

— — Ladislaus Bartholomaeides, Klenoczio KisHonth. Vir hic, quem praesentium Catalogorum Collector et Editor Genitorem Patremque optimum, et in hoc labore fidum Achatem, imo pectore veneratur, natales et educationem primam vico Klenocz in Districtu Kis-Honth. sito, in quo an. 1754 Mense Novembri lucem conspexit, vitam autem Danieli Bartholomaeides, Ecclesiae Klenoczensis t. t., postea Kraszkoviensis V. D. Praeconi, et Nobili Elisabethae Kubinyi, debet. Duris admodum adolescentiae initiis ob calculum, quo in infantia laborauit, usus, litteras partim in Patria, partim Dopschae sub Joh. Gott-

Digitized by Google

hard, partim ac inprimis Kesmarkini, sub Josepho Benczur didicit. Antequam Exteros adiret, Osgyanini per breue tempus publici Cantoris, tum in domo Spect. Geórgii Fejes Szkalnokini biennio priuati Docentis provinciam obibat. Vitebergae postea Bibliothecae post discessum Blasii Berke primum cum Gotthardio, postea cum Petyanio, praefuit, Orationem ad recolendam fundati stipendii Cassaiani memoriam, quovis triennio ex mente Fundatoris haberi solitam, qua an. 1681, cum 1781 quoad res Vngariae ecclesiasticas comparabat, in Auditorio majori an. 1783 dixit, et Commentationem de Bohemis Kis-Honthensibus hic typis exscribi curauit. Redux 1783 m. Apr., postquam per bimestre Scholam Ratkoviensem rexisset, ad Ecclesiam Ochtinensem evocatus, Dopschae 25. Julii ejusdem anni ordines sacros suscepit. Hac in statione usque in praesens manet. Labores litterarios, quibus popularibus, inprimis Slauo-Vngaris prodesse voluit, recensuere Annales litterárii Austriaci et alii.

20. *Sept.* Joh. Bilszky, Lossontziensis. Natus fuit Stregova, patre Joh., t. t. ibidem Scholae Rectore, educatus autem Lossontzini, quo mater ejus vidua facta habitatum concesserat. Reversus ab Exteris ad Nagy-Lam per Csernyanszkium Sup. 1783 d. 19. Nov. ordinatus est. Transiit hinc ad Agard, ubi m. Aug. 1814 vivere desiit. Multa praeclara ad rem litterariam collegit, elaborauit etiam nonnulla Slauica, quae vero in MSSC. manent.

— — Stephanus Simko, Trenchinio Trenchiniens. Exacto anni spatio reversus, per tempus Ecclesiae Krissliczensi in Bohemia praefuit, tum in Hungariam remeans in Ecclesia Zay-Ugroczensi V. D. Minister factus est.

Digitized by Google

13. *Oct.* Ferdinandus Ott, Modrensis. Rediit in Apr. 1783 factus Scholae patriae Con-Rector.

Anno 1782.

27. *Apr.* Paulus Tatay, Tót-Kereszturino Soproniens. Obtentis ad Orosház Vocatorialibus d. 28. Apr. 1783 Musis Vitebergensibus valedixit, sed mutatis circumstantiis ad Geresd, Ecclesiam in Com. Sopron. sitam, delatus est. Hinc 1787 ad N. Csobam in Castrif., in locum Josephi Szakony transiit. Auctor sequentium litterariorum laborum est: 1.) Pietatis et amoris specimen, quod Gymnasii Semproniensis A. C. Rectori Adamo Farkas etc. edere voluerunt etc. ibidem 1779. 2.) Néhai Fő T. N. N. Hrabovszky Samuel Superintendensnek végső butsúzása 's a' t. Posony 1796 in 8. p. 28. 3.) Pium Soterion Adamo Farkas, Gymnasii Evangelici Soproniensis Rectori, diem nomini suo sacram celebranti oblatum 1781.

1. *Maj.* Georgius Sexty, Kövinio Gömöriensis. 1757 natus studia in Patria, Topschinae, Modrae et Posonii tractauit. Ab Exteris redux Ecclesiae Nagy-Szlabasensi apud Gömörienses, ab an. 1784 m. Jun. usque 1793 praefuit, quo ad Ecclesiam Komlósiensem apud Békesienses transiit.

12. *Maj.* Samuel Ponyitzky, Veterosoliens. Ex quo in Apr. 1784 in Patriam rediit, in Ecclesia Szalatnensi, ad quam 14. Maji per Csernyánszkium Sup. ordinatus fuit, officio V. D. Ministri defungebatur, mortuus an. 1813.

1. *Aug.* David Perliczy, Veszprim. Quam ob causam Veszprimiensem se scripserit, equidem ignoro, cum teste libello: A' Dunántúli Evang. Conf. Superintendentia Predikátorai p. 44. in Szakony apud Comaromienses natus sit. Idem

Digitized by Google

libellus perhibet, eum reducem factum ab Exteris d. 2. Junii 1784 per Superint. Perlakium ad Izmény, vicum Com. Tolnensis ordinatum fuisse. Caeterum de antenatis viri hujus Klein lib. cit. II, 381. videri potest.

18. *Sept.* Joh. Podhradszky, Modrensis. Venit Vitebergam Halis, mansitque isthic usque finem Apr. 1783. Reuersum in Ecclesia Szenitzensi Evangelii Praeconem constitutum esse, hucdumque ibi manere constat. Recenter vero Seniorem Contubernii Nitriensis renunciatum, atque Michaeli Szepessy fatis functo hoc in officio successorem datum, amici ad nos perscripsere.

3. *Oct.* Joh. Bárányi, Jaurinensis. Videatur de eo libellus: A' Dunántúli etc. p. 33.

3. *Nov.* Joh. Hámary, Szuchanino Nagy-Honth. Rediit an. 1784 evocatus in V. D. Ministrum ad Bér. Ordinatus exstitit 15. Jul. a. e. per ven. Csernyánszkium Sup., qua occasione Dobrocsensem se scripsit. Postquam stationi huic annis aliquot praefuisset, malo melancholiae vexari coepit, ideoque eam missam facere debuit. Mortuus est in Udvarnok an. 1800, qua Interimalis Ecclesiae hujus, a matre Teszér avulsae, uno anno Minister.

— — Paulus Csery, Drinovia Nagy-Honth. Erat post reditum primum Bagyanensis, postea Ceroviensis Ecclesiae Minister.

10. *Nov.* Georg. Lagler, Soproniens. Natus 18. Apr. 1755. Antequam exteras adiret oras, Scholam Germanicam in Szigeth, apud Maramarosienses, annis tribus rexit. Viteberga reuersus d. 16. Dec. 1783 ad Tormás, in locum R. Jelenik ordinatus est, teste libello: A' Dunántúli etc. p. 36.

— — Andreas Boditzky, Bodofalva Liptoviensis. Reuersus in Patriam triennio proles

Digitized by Google

Sp. Ottlik in Ozor usque 1786 informabat, ubi etiam mortuus est.

Anno 1783.

14. *Maj.* Stephanus Németh, Kis-Somloino Castrif. Fata, labores item litterarios Viri hujus exponit libellus: A' Dunántúli Superint. etc. Predikátorai p. 34.

17. *Maj.* Petrus Mészáros, Simonio Hung. Ecclesiae recenti Szeli-Sárkániensi praeficiendus, 19. Dec. a. c. Patriam repetere coepit. Matr. Viteb. Hung. testatur, eum postea in Kis-Pétz, atque in Bokod Evangelii Praeconem fuisse, ac 1799 misere obiisse, orbatum scilicet longo ante mortem tempore sanae rationis usu.

25. *Jun.* Daniel Zubeck, Trenchiniens. Ex eadem Matr. Vng. Vitebergensi huc adpono, eum ad Ecclesiam neoplantatam Simoniensem vocatum d. 24. Apr. 1784 Vitebergensi Academiae valedixisse, et 1788 ex Simony ad Vadkert transiuisse.

Anno 1784.

10. *Maj.* Adamus Daniel Lovich, Liptsa Teutonum Liptoviens. Venit Vitebergam Lipsia, ubi per semestre moratus erat. Patriam in Apr. 1785 repetiit. Ita reuersus primum proli Sp. Berzeviczy praefuit, tum Professoris secundarii in Archi-Gymnasio Regio Neosoliensi prouinciam gessit. Sublato munere hoc post mortem Imp. et Regis Josephi II., priuatus aliquamdiu vixit. Factus postea est Rector Scholae Neosoliensis, tum Minister ibidem, ordinatus per Mich. Szinovitz Sup. 16. Apr. 1795. An. 1808 Senior Zoliensium, 1815 dein 15. Jun. Districtus Montani, in locum Christoph. Lyci, Superintendens. Caeterum, qui de Viro isto plura nosse cupit, eum nos ad Annales Schemnitzienses, 1795 Curs. III. Tom. I. relegamus

Digitized by Google

Anno 1786.

Apr. Josephus Haynotzy, Modrensis. Venit Vitebergam ex publica ministeriali statione, loci Cservenka dicti, in Comitatu Bácsiensi siti, atque per colonos ex Suevia emigrantes impopulati, in qua duos expleverat annos. Rediit autem in Jan. 1788, oblata sibi statione in Kiskér eodem in Comitatu.

— — Samuel Martinyi, Baziniensis. Duobus annis isthic moratus 1788 Göttingam abiit.

— — Adamus Németh, Jaurinens. Relicta statione publica ministeriali Meszlényiensi Vitebergam salutauit. Expletò in ea anno uno Jenam transiit, ubi sesqui annum mansit. Patriae in Septemb. 1788 restitutus, Ecclesiae Fel-Péczensis apud Jaur. Minister factus est.

— — Georg. Hrabovszky, Tétensis. Vitam, fata et labores Viri hujus recenset libellus ab eo 1803 sub titulo: A' Dunántúli Evangy. Aug. Conf. Superintendentia Predikátorai, editus p. 37. seqq.

Sept. Andreas Kralowanszky, Szutsanino Thurocz. Post expletum annum cum dimidio ad Salanam abiit, unde m. Sept. 1789 in Professorem Kesmarkinum evocatus, rediit. Ab an. 1793 — 1803 Gymnasio Eperiesiensi praefuit. Hinc Sopronium transiit, itidem Rector factus. Vixit hic annum usque 1809, quo diem supremum obiit. Fata et acta ejus uberius enarrat liber periodicus sub titulo: Annalen der Litteratur und Kunst des In-und Auslandes. 1810, Febr. p. 339. Nos eum Auctorem Compendii Historiae naturalis, in usus Scholarum latino idiomate conscripti, atque Leutsoviae typis excusi esse, monemus.

— — Michael Zorkóczy, de Eadem. Aduersa pressus valetudine 1788 rediit, eratque post reditum primum prolis Raksanianae Neoso-

Digitized by Google

lii Praefectus, tum ibidem Con-Rector, postremo ab an. 1791 Nagy-Palugyae V. D. Minister.

Anno 1787.

Majo. Michael Berky, Gerczensis ex Com. Castrif. Vid. de eo l. c. Georg. Hrabovszky p. 62.

Anno 1788.

10. *Apr.* Joh. Pauer, Alnoviensis. Praefuit ante exitum proli Szerdahelyianae in Nytra-Szerdahely. Ab Exteris reuersus, ad Ecclesiam Nagy Szlabosensem d. 24. Aug. 1790 per Ruffinyium Sup. Dopschae ordinatus est, in qua statione ad praesens usque tempus viuit, simulque officio Decani in Cont. Gömör. defungitur.

2. *Oct.* Christoph. Orgony, Modrensis. Rediit in Sept. 1791 patri in officio ministeriali in Silesia, nominanter in Ducatu Teschinensi, teste Matr. Viteb. Vng., successor datus.

14. *Oct.* Georg. Miletz, Szent-Martonio Thurocz. Erat post reditum biennio, et quod excurrit, Trenchinii Rector, postea a d. 4. Dec. 1795, per Mich. Torkoss Super. Modrae ordinatus, Ecclesiae Lubinensis, ac postremo Beczkoviensis V. D. Minister, in qua posteriori statione praemature mortuus est. Vertit in slavonicum Hazii Paraphras. N. T., quem ejus laborem sumtibus Instituti litterarii bohemo-slavici Posoniensis Cl. Georg. Palkovits 1805, typis S. Weber exscribi curauit.

Anno 1789.

29. *Apr.* Stephanus Kolosváry, Rosenauiensis. Rediit in Aprili 1791. An. sq. 1792 in Jul. ad Ecclesiam Sz. Martonensem apud Pesthienses evocatus fuit, ex qua 1795 ad Eccl. Ban-

Digitized by Google

kensem, ex hac ad Szirágh, ac porro 1815 ad Vanyarcz transiit.

5. *Jun.* Joh. Petyian, Polichna Neogr. Erat frater Michaelis ad an. 1776, et Gabrielis ad an. 1781 notati, atque Ecclesiae Pribelyiensis V. D. Minister. Praemature mortuo successit ejus frater natu minimus Daniel.

13. *Oct.* Daniel Lamer, Briznobanyensis, factus post reditum Apostata primum, postea αὐτόχειρ.

— —Godofredus Quirsfeld, Bazinio Posoniensis. Ubi in Sept. 1791 in Patriam rediisset, atque aliquamdiu priuati Informatoris officio Posonii defunctus fuisset, Rittbergam in Banatum V. D. Minister evocatus, per Mich. Torkos Sup. Modrae d. 4. Junii 1792 ordinatus est.

19. *Oct.* Martinus Lowcsányi, Lossontziensis. Natus ibidem patre cognomine, matre Susanna Olik, d. 11. Jun. 1767. Postquam studia in Scholis Patriae tractavisset, Rectoratum in Ecclesia Szalvensi aliquot septimanis, Cantoris autem et Docentis munus Comaromii diutius administrauit, aes ad exteras oras necessarium hac ratione colligens. Ab Exteris reuersus Rectoratum Scholae Ratkoviensis capessiuit, 13 annis ibi desudans. Avulsa tandem filiali Ecclesia Betlér a Matre Poloma, eo in V. D. Ministrum vocatus, d. 15. Maji 1805 per Rdiss. Nicolaium Sup. Eperiesini est ordinatus. Ex Betlér transiit an. 1809 m. Oct. ad Csetnek-Bisztro, alias Sebes-Patak, in locum demortui Mich. Hankoczy, ubi post quadrimestre et ipse mortuus est.

Anno 1790.

18. *Apr.* Samuel Kollár, Pongyelokino Kis-Honth. Venit Vitebergam Halis, mansitque isthic usque 14. Maji sequentis 1791, mansurus diu-

Digitized by Google

tius adhuc, ni adversa obstitisset valetudo. Redux factus est Scholae Osgyanensis Rector, quam pluribus annis non sine laude rexit. Transiit hinc 1803 Cserencsinum in V. D. Ministrum, in qua statione hucdum simul Notarium Senioratus agit.

26. *Apr.* Joh. Glatz, Popradino Scepusiens. Patriae restitutus primum Posonii Paedagogus, postea Samariae, vulgo Hegyes-Halom, in Com. Moson. V. D. Minister factus est, Wendlero successor datus, ac per Rdiss. Torkos, Districtus Posoniensis Superint. d. 10. Nov. 1794 ordinatus.

Anno 1791.

11. *Maj.* Godofredus Koch, Neosol. Ex quo in Patriam rediit, officio Docentis Scholae Neosolii defungitur.

17. *Oct.* Samuel Orphanides, Miskoltziensis. Huic pater Johannes, Ecclesiae Arnotensis V. D. Minister, mater Maria Kaltenbach, dies vero natalis 7. Julii 1764 erat. Absolutis in Scholis Patriae studiis, iisque isthic Vitebergae confirmatis, Informatorem apud Pothurnayos et Plathyos aliquamdiu egit, postea in Ministrum Ecclesiae Hybbensis per Ven. Nicolaium Sup. d. 23. Maji 1797 ordinatus est.

Anno 1792.

24. *Apr.* Paulus Kuzma, Veterosol. Moratus est Vitebergae triennio. In Patriam reversus Ecclesiae Almásiensis apud Nagy-Honthenses Minister evasit, ordinatus per Mich. Szinovitz Sup. 8. Jan. 1795.

— — Samuel Kuzma, prioris frater. Hunc reducem factum idem Superint. ad Bagyan d. 13. Aug. 1794 ordinauit, unde postea ad Báth in locum Rev. Sam. Csernyánszky transiit.

11. *Maj.* Adamus Petyian, Polichnensis. Jam antea memoratorum Michaelis, Gabrielis,

Digitized by Google

et Joannis frater natu minimus. Expletis Vitebergae mensibus 9 in Jan. 1793 rediit, eratque post reditum Paedagogus in Készíholcz apud S. D. Dacso duobus cum dimidio annis, tum Palojtae in Com. Nagy-Honth. ScholaeRector, posthaec d. 22. Maji 1798, qua per Ven. Hamalyarium Sup. ordinibus sacris initiatus est, Ecclesiae Alsó-Bodonyensis V. D. Minister. Transiit hinc subsequo tempore ad Esztergall, ubi hucdum vivit.

Anno 1793.

17. *Apr.* Paulus Hurban, Sobotistino Nitriens., quem 3. Maji 1795 Patriam repetere coepisse, reuersum primum Martinopoli proles Rev. Andreae Plachy instituisse, tum Posonii natis D. Ladislai Szerdahelyi praefuisse, ultimo Nagy-Lehottam in Moraviam in Ministrum promotum esse, Matr. Viteb. Vng. testatur.

24. *Apr.* David Lautschek, Szakolczensis. Natus is erat in Felső-Sajó d. 5. Jan. 1771, patre Martino Lautschek, Eccles. Felső-Sajóensis atque Szakolczensis V. D. Ministro, (Viro de re Litteraria Patriae nostrae optime merito, de quo Auctor Memorab. Prov. Csetnek uberius p. 124 agit) matre Susanna Sebők. Vitebergae duos annos cum dimidio expleuit. Reversus in Patriam praefuit proli Nobili in Instituto Csetnekiensi, opera Cl. Thomae Tsisch condito, aliquamdiu. Cum postea vix Rector Scholae Topschensis evasisset, malo dysenteriae correptus 1798 diem supremum obiit.

Anno 1794.

3. *Maj.* Martinus Balaschovitz, Pentzino Neogr. Vid. libellus Georg. Hrabovszky: A' Dunántúli etc. p. 83., quibus tamen addendum est, eum ex Gyönk 1804 Pusztavam, in locum R. Greschkovitz transivisse.

Digitized by Google

11. *Maji.* Samuel Michaelides, Felsö-Sajóensis. Filius Nicolai Michaelides, Ecclesiae Felsö-Sajoensis hucadusque Ministri. Venit Vitebergam Halis, post expletum ibidem annum. Reversus in Patriam, priuatus perlongius tempus ad latus Genitoris sui vixit, postea Informatoris officio in domo S. ac M. D. Martini Sturman in Vizes-Réth defunctus est; quo, imo et ipso statu theologico misso facto, Inspector Bonorum Bartofianorum in Bilka evasit. Mortuus est 1813 m. Jan. coelebs.

29. *Sept.* Jacobus Krenis, Felkino Scepusius. Postquam annis duobus cum dimidio Vitebergae moratus fuisset, abiit ad Avunculum suum, in terris Mecklenburgensibus V. D. Ministrum.

9. *Oct.* Emericus Kalmár, Albertino Pesthiensis. Primus hic e numero eorum est, quos Rdiss. Hamalyar, Superintendens renunciatus ordinibus sacris initiauit. Ordinatus vero fuit ad Ecclesiam Bankensem d. 9. Dec. 1796.

27. *Oct.* Samuel Hegedüs, Kövinio Gömöriensis. Mansit Vitebergae usque 16. Febr. 1800. Patriae restitutus, primum in Instituto Csetnekiensi ad latus Cl. Thomae Tsisch cum Sam. Sztantsek laborauit, sed posteriori hoc ad Pastoratum Lossontzensem promoto per eum in Capellanum, vel potius Co-Ministrum evocatus fuit, ordinatus finem in eum per ven. Hamalyarium Sup. d. 29. Oct. 1801. — Lossontzino Zavadam, hinc iterum Turopolyam transiit, ubi hucdum moratur.

Anno 1795.

25. *Apr.* Samuel Lackner, Modrensis. Rediit in Sept. 1797, ac non multo post Ecclesiae Pusztafödémesiensis Pastor constitutus est, ordinatus per Ven. Torkos Sup. in Jan. 1798.

5. *Maj.*

Digitized by Google

5. *Maj.* Jonathan Lautschek, Szakolczensis. Erat frater Davidis ad an. 1793 notati, ac post reditum in domo Ill. Baronis Zay privatus Informator, postea in Ecclesia Zeleniczensi a d. 4. Sept. 1798 ordinatus erat V. D. Minister, mortuus ibidem an. 1806.

25. *Apr.* Andreas Dedinszky, Nagyfalú Neogr. Ut Ecclesiae Zavadiensi, quae eum Ministrum habere optabat, praeficeretur, m. Jul. 1796 in Patriam remeauit, ordinesque sacros Modrae a Ven. Torkossio Sup. 21. Jul. á. e. collatos accepit. Nunc Maskoviae V. D. Praeco est, simulque in Cont. Neogr. Notarius.

5. *Oct.* Christophorus Rösler, Posoniens. Discessit Viteberga Göttingam, unde postquam in Patriam rediisset, munus Bibliothecarii apud Excel. L. B. Gabrielem Prónay Acsae auspicatus erat Nunc priuatus Budae vivit, Novis politicis Budano-Pesthanis scribendis ab an. 1804 occupatus.

— — Andreas Longauer, Regio-Monto Barschensis. Reducem Rdiss. Hamalyár Sup. in suum Capellanum d. 4. Apr. 1798 ordinauit. Factus postea est V. D. Minister in Surány, unde 1802 ad Szügy transivit, 1805 Consenior Neogr. Senioratus declaratus.

28. *Oct.* Matthaeus Blaho, Brisztrička Thurocz. Rediit in Oct. 1797. — An. 1798 d. 2. Maji in Capellanum R. Berzevitzy, Eccl. Nicopolitanae apud Liptov. Ministri, per Ven. Torkos Sup. ordinatus, vix officium suum auspicatus, mortuo Berzevitzyo ejusdem Eccl. Minister renunciatus est.

— — Andreas Golian, Briznobány. Ecclesiae Udvariensi praeficiendus, sacris ordinibus per Ven. Hamalyár Sup. 23. Dec. 1800 initiatus est.

Digitized by Google

Anno 1796.

14. *Apr.* Michael Terray, al. Zemko, Redova Gömör. Praefuit ante exitum proli Sp. Pauli Rakovszky biennio, a tempore reditus sui Viteberga autem Eccl. Rozloznensi V. D. Minister praeest, ordinatus ad eam d. 9. Febr. 1799.

— — Joh. Blanár, Morauo-Ljeszko Trenchin. Eum Ven. Crudi Sup. Cis-Danubianus Ecclesiae Zeleniczensi apud Nitrienses praeficiendum d. 25. Mart. 1806 sacris ordinibus initiauit.

— — Stephanus Fuszek, Turo-Luka Nitriens. Rediit in Oct. 1797, constitutus in Felső-Oroz apud Trenchinienses Evangelii Praeco.

— — Joseph. Thomázy, Csetnekiensis. Erat is ante exitum Rector Scholae apud Sárosienses, et in Nagy-Szlabos apud Gömörienses, post 1798 autem mensem Aprilem, quo in Patriam reuersus est, Posonii primum anno dimidio Paedagogus, tum ad latus Rev. Matthaei Blaho Nicopoli Diaconus, postremo ab an. 1802—1805, quo vivere desiit, Szucsanini V. D. Minister, et Augustini Doleschallii successor, praecociter mortuus.

20. *Apr.* Joh. Bakay, Szarvasino Békesiensis. Natus 25. Dec. 1771 Balassa-Gyarmathini, sed parentibus, quorum aedes incendio deletae sunt, Szarvasinum concedentibus, isthic usque an. aetatis 12. educatus. Absolutis Schemniczii, Soproniique studiis, iisque Vitebergae confirmatis, 1798 in Apr. redux factus, primum privati Informatoris prouinciam in Legind apud Nicolaum Káldy obibat, postea in Schola Osgyaniensi qua Con-Rector annis duobus cum dimidio, Schemnitziensi itidem qua Con-Rector dimidio, iterum Osgyaniensi qua Rector biennio laborauit. An. 1705 d. 10. Aug. Derencsinum in locum Rev. Steigel, Rima Brezoviam translati, Eperiesini per Ven. Nicolaium Sup. ordinatus est. Mansit hic

Digitized by Google

usque Sept. 1810, quo iterum ad prouinciam Docentis Scholae rediens, Sajó-Gömöriensem Rectoratum assumsit.

29. *Apr.* Georg. Bukwa, Mossotzino Thurocz. Erat is post reditum primum Rdissimi Hamalyár Sup. Capellanus, postea ab an. 1800 Ecclesiae Legindensis V. D. Minister. Nunc simili officio in Eccl. Alsó-Stregoviensi ab an. 1809 defungitur, Rdo Benczúr praecociter mortuo successor datus.

6. *Maj.* Samuel Sztantsek, Köviensis, quem hoc, quo scribimus, tempore Ecclesia Balassa-Gyarmathiensis V. D. Ministrum veneratur. Idem prius in Ecclesia Lossontziensi V. D. Praeconem, an. 1801 ordinatus, praeuie vero Docentem in Instituto Csetnekiensi, et in domo ill. Tihanyiana Informatorem egit.

11. *Oct.* Joh. Mich. Schwartz, Ginsino Castrif. Mansit Vitebergae biennio, ac munificentia Magnif. Schroeckh Magister LL. Artium renunciatus, 1798 Jenam transiit, unde exacto Semestri 1799 in Patriam remeauit. Morabatur postea Sempronii, prolibus D. Franc. Alleman et D. Andr. Aszman praefectus. An. 1800 Eperiesini Nationis germanicae Minister constitutus, ordinatus est 16. Nov. a. e. per Ven. Nicolaium Sup., ubi hucdum cum laude agit.

— — Petr. Paulus Schramko. Reversum Rdiss. Hamalyár in Ministrum Eccl. Rahoviensis d. 31. Mart. 1801 ordinauit. Transiit hinc 1803 Topscham, ac hinc iterum 1810 Klenoczinum.

— — Joseph. Kis, Jaurinens. Rediit in Jul. 1798, factus 1799 Pastor in Nagy-Barát prope Jaurinum, ubi in Junio 1801 obiit.

Anno 1797.

12. *Jun.* Alexander Major, Gömör-Panyith Gömöriens. Natus in Kiette, patre Thoma

Digitized by Google

Major, loci V. D. Ministro, postea Gömör-Panyithensis, iterum Hoszszuszoviensis Ecclesiae Praecone, matre Susanna Schmal. Redux Viteberga d. 9. Dec. 1799 in Capellanum patris ordinatus est. Transiit hinc ad Arnoth prope Miskoltzinum, ubi hucdum operatur.

9. *Oct.* Samuel Benkö, Bathovia Nagy-Honth. Ordinatus 1800 d. 25. Aug. ad Fazekas Varsánd, per Hamalyárium Sup. N. Saróensem se scripsit.

— — Jacobus Gally, Ribarino Soliens. Per eundem Superint. Districtus Montani 1802 d. 3. Apr. ad Szuhány apud Nagy-Honthenses ordinibus sacris initiatus est.

— — Joh. Rojko, Neosol. Discessit Jenam in Sept. 1798. Reuersus ab inde in Patriam officio Docentis in Instituto Puellarum Neosoliensi defungebatur, postea ibidem Con-Rector constitutus fuit. Nunc similem provinciam apud Schemniczienses gerit.

— — Samuel Weszter, Neosol. Hunc Patriae restitutum Schemnitzii Diaconum fuisse d. 9. Oct. 1800 ordinatum, exinde postea ad Surány transivisse, invenio.

— — Michael Schimka, Vollosiensis. Vix expleto anno, adversa pressus valetudine, in Patriam redire coactus, primum proli Pongracziana e praefuit, postea in Eccl. Ledczinensi V. D. Minister constitutus est, ordinatus per Ven. Hamalyár Sup. 22. Jul. 1801.

Anno 1798.

29. *Apr.* Joseph Szekerka, Rutka Thurocz. An. 1803 d. 23 Febr. in Ministrum Eccl. Nemes-Kosztolányiensis ordinatus est.

— — Daniel Záborszky, Zábor-Thurocz. Discessit Jenam 20. Sept. a. e. factus post

Digitized by Google

reditum in N. Jessen V. D. Minister, ordinatus eo per Hamalyár Sup. 25. Aug. 1800. Transiit hinc Martinopolim.

— — Michael Benedikti, Lowinobánya Neogr. Praeest hoc, quo scribimus, tempore Ecclesiae Szenensi, postquam aliquot mensibus Felső-Stregoviensi, ad quam 22. Dec. 1800 ordinatus erat, praefuisset.

21. *Maj.* Jacobus Liptay, Szaszy Soliens. Agit Ministrum in N. Lam apud Neogradienses, eratque prius Capellanus Ven. Glosz, Ecclesiae Guttensis Ministri, ordinatus per Ven. Hamalyár 11. Sept. 1800.

2. *Sept.* Josephus Carolus Spannagel, Pazoviensis. Patri senio confecto in Ecclesia Bulkensi sufficiendus, in Oct. 1799 in Patriam rediit; sacris ordinibus per Ven. Hamalyár d. 7. Mart. 1800 est initiatus.

19. *Oct.* Paulus Schuwada, Comaromio Oroszlányiensis. Vitam et fata ejus exponit libellus Georgii Hrabovszky: A' Dunántuli Ev. A. C. Superint. Prédikátorai p. 87.

28. *Oct.* Samuel Kellner, Nagy-Röcza Gömöriensis. Filius alterius Samuelis, qui prius Kokaviae, apud Kis-Honthanos, Scholae Rector, postea apud Sárosienses, porro Bartphae ad Eccl. Slavicam, porro Ochtinae, ac postremo Nagy-Röczae apud Gömörienses Pastor erat. Noster, postquam ab Exteris rediisset, aliquamdiu Informatorem in domo Baitsiana in Com. Arvensi egit, nunc Eccl. Bradnensem, ad quam per Sup. Nicolaium d. 13. Jul. 1803 ordinatus erat, procurat.

29. *Dec.* Alexander Bongya, Palota Veszprim. Videatur de eo lib. cit. Hrabovszkii p. 81.

Digitized by Google

Anno 1799.

13. *Apr.* Joh. Kristoffy, Kövinio Gömöriensis, quem 1801 in Patriam reuersum Kesmarkini in Instituto Praefectus, postea S. Gömörini Con-Rectorem egisse, nunc Ecclesiae Kiszellöensi a. d. 2. Maji 1805, qua Tamásini, occasione peractae hic Visitationis Superint. per Martin. Hamalyár ordinibus sacris initiatus fuit, praeesse, Patriaeque erecto ibidem recenter Instituto, educationi filiorum Nobilium quorumvis Virorum destinato, prodesse conari, notamus.

— — Daniel Kanka, Veterosoliens. An. 1801 redux, Csetnekini in Instituto Tsischiano tamdiu egit, quoad mortuo Járossio, in Rectorem Scholae Schemnitziensis evocaretur. Scripsit Programma: De Studio Linguarum in genere, in specie Orientalium rectius instituendo, Schemnitzii 1810 editum. Nunc (1817) ad Modrenses pro Scholae Rectore evocatus Gabrieli Kováts, ad Poson. Gymnasii Professoratum transeunti, successit.

— — Georg. Rósa, Bisztrička Thurocz. Exacto post reditum in priuato biennio, 1802 d. 2. Oct. in Capellanum Rev. Matthaei Blaho, Nicopolim ordinatus est. Nunc in Kiszellö Rev. Joh. Kristoffy in Ecclesia et Instituto per eum erecto adjuvat.

28. *Sept.* Matthias Szakonyi, Pápa Veszprim. De eo agit lib. cit. Hrabovszkii p. 88.

Anno 1800.

1. *Jul.* Gabriel Szelessi, Bihariens. Patriam in Aprili 1801 repetiit.

17. *Sept.* Joh. Fuleykis, Felsö-Dörgits Szaladiens., de quo Hrabovszkii l. c. p. 90. videri potest.

23. *Sept.* Casparus Hermanyi, Szathmariensis. Filius Ministri Reformati, qui levato

Digitized by Google

bis Stipendio Leopoldino d. 29. Nov. 1801 Musis Vitebergensibus valedixit.

— — Alexander Uri, Szentesino Csongradiensis. Rediit in Sept. 1801.

12. *Oct.* Joh. Dlhanyi, Rima-Brezovia Kis-Honth. Vocatus per Sp. Mich. Prónay in Paedagogum d. 20. Maji 1802 Patriam repetiit, factus postmodum V. D. M. in Csővár, quo eum Hamalyár Sup. 20. Jul. 1803 ordinauit.

27. *Dec.* Paulus Horváth, Nagy-Geresd Soproniens. Vitam et fata ejus enarrat Hrabovszky l. c. p. 119.

— — Stephanus Horváth, Jaurinensis. Natus 18. Sept. 1776 Sempronii annis 7 studuit, unde ad Csikvand in V. D. Ministrum evocatus, d. 3. Mart. 1800 per Ven. Nagyium Sup. ordinibus sacris initiatus fuit. Sed obtentis an. eodem Passualibus, relicta Statione Leucoream petiit. Hic, postquam per annum Bibliothecae, et tempore Solemnitatum saecularium cohorti Hungarorum, atque aliorum Extraneorum, munere Senioris praefuisset, d. 24. Maji in Patriam rediit. Nonne vero hic idem ille est, de quo Hrabowsky lib. cit. p. 118. scribit?

Anno 1801.

3. *Maj.* Joh. Koschina, Mossotzino Thurocz. Malo Melancholiae adflictus, post effluxum 7 Septimanarum, Blaskovitzio Posonium usque eum concomitante, in Patriam rediit.

— — Samuel Bradowka, Ratkó-Bisztra Gömöriens. Praefuit ante exitum proli Sp. Joh. Tihanyi, post reditum vero natis Nicolai Ketzer. Hinc ad Ecclesiam Komlósiensem apud Sárosienses evocatus, 3 Jan. 1805 ordinatus est. An. 1809 Némethfalvam, ac hinc iterum post sesqui annum Cassoviam in Ministrum Ungaro-Slavicum

Digitized by Google

transiit, quam Stationem cum Ratkoviensi, Friderico Coroni in privatum secedenti successor datus, in Sept. 1813 commutavit.

— — Michael Schulek, Velitsna Arvensis. Rediit in Majo 1803, egitque post reditum primum Eperiesini prolis Prónayanae et Szerdahelyianae Informatorem, postea Rectorem Gölniczii, unde ad Krompach in V. D. Ministrum transiit, ubi praecociter mortuus est.

— — Joh. Blaskovitz, Uhorszka Neogr. Hunc brevi post reditum Con-Rectorem Schemnitzii factum, inde 1804 ad Radvány in Ministrum promotum, d. 13. Dec. Posonii per Ven. Crudium Sup. ordinatum, ac Radvánio ad Csank translatum scimus.

— — Samuel Stech, Balás-Gyarmath. Neogr. Reversus in Patriam mense Majo 1803 primum Lossontzini in Gymnasio Reformatorum Rhetorices et Matheseos Professorem, postea Osgyanini Con-Rectorem, et Rectorem egit. Nunc V. D. Praeco in Szent-Péter apud Neogradienses est.

— — Mich. Lauconides, Tóth-Gyurka Pesthiens. Officio Capellani post reditum ab Exteris ad latus Sup. Hamalyár Szarvasini per tempus defunctus, in Com. Bács. V. D. Minister translatus est.

3. *Oct.* Joh. Georg. Oplatkay, Modrensis. Hunc Ven. Hamalyár Sup. in Diaconum Ven. Glosz, Guttensis Ministri, ac Senioratus Neograd. jam fatis functi Senioris, d. 28. Oct. 1813 ordinauit.

— — Carolus Kellner, Nagy-Röczensis. Frater Samuelis, cujus ad an. 1798 meminimus, natus Bartphae 23. Jan. 1778. — Reuersus primum privatus Nagy-Röczae prolis Petroczianae Informator fuit, quem postea Ecclesia Veszveresiensis in V. D. Ministrum, Mich. Hankoczy suffi-

Digitized by Google

ciendum, euocauit, atque eum in finem d. 14. Nov. an. 1803 per Nicolaium Sup. ordini sacro initiandum curauit.

8. *Oct.* Samuel Schelmetzy, Twarogna Liptoviens. Morbis continuis adflictus, svasu et consilio Medicorum in Dec. sequ. 1802 Patriam repetiit, factus post reditum 1805 V. D. Minister in Sásomház. Hac possessione incendio fatali deleta ipse in morbum incidit, mortuusque est.

17. *Oct.* Joh. Ragyótzy, Lossontziensis. Vocatus ad Sp. Andream Kubinyi, in praesens Districtus Montani supremum Inspectorem, Videfalvam pro Informatore, in Aprili 1803 Musis Vitebergensibus valedixit, inque Patriam remeauit. Ex eo tempore educationi herulorum memoratae domus navat operam.

27. *Oct.* Samuel Teschedik, Aszodino Pesthiens. Vitam et fata ejus enarrat Hrabovszky lib. cit. p. 118.

19. *Sept.* Georg. Turtsányi, Osgyaniensis. Videri potest de eo idem lib. p. 119.

Anno 1802.

2. *Maj.* Josephus Lányi, Bocza-Bánya Liptoviens. Antequam ad Cseh-Brezo, ubi nunc vivit, pervenisset, Ecclesiae Kiettensis V. D. Ministrum, Friderici Coroni Ratkoviae Capellanum, et apud Sp. Andr. Fischer Rosenauiae Informatorem egit. Ordinatus fuit Posonii 2. Oct. 1805.

— — Samuel Stretsko, Pazditsino Zempliniens. Locus natalis ei Felső-Kementze, erat, ubi 20. Oct. 1772 patre loci Ministro, itidem Samuele, natus fuit. Ab Exteris reuersum Sup. Sam. Nicolai in suum Capellanum d. 21. Maji 1804 ordinauit, postea ad Ránk in V. D. Ministrum promouit. Sed hic loci non fuit diuturna ejus mansio; mortuo enim 1807 Nicolaio Sup. in ejus lo-

Digitized by Google

cum, qua Minister Slavonicus ab Epericsiensibus reuocatus est, in qua statione hucdum vivit.

— — Joh. Kosztra, Styawnicka Thurocz. 1804 d. 20. Jul. Posonii in V. D. Ministrum Ecclesiae Nationis slavonicae Cremniczienſis ordinatus est, unde postea Schemnitzium transiit.

— — Georg. Szikszay, Honth-Maróthensis. Ex quo ab Exteris 1804 rediit, Scholae Osgyaniensi usque an. 1815 praefuit, sub initium ejus repente mortuus.

— — Steph. Petrucha, Krajna Nitriens. Reducem Senioratus Thurocziensis Capellanum egisse, relatum accepimus, reliqua ejus fata ignorantes.

17. *Oct.* Samuel Dubovay, Enese Jauriniens. Rediit in Aug. 1805.

— — Daniel Wranay, Oroszlánykö Comaromiens. Prouocatus in Informatorem Viennam, mense Junio 1804 Viteberga abiit. An. 1806 d. 14. Mart. ad Alsó-Szele per Rdiss. Crudi Sup. ordinatus est.

24. *Oct.* Joh. Tarnyik, Pribely Honthens. Rediit morbidus 1803, factus primum Lossontzini ex parte Evangelicorum in Gymnasio Reformatorum Rhetorices Professor, postea V. D. Minister Lowinyobányae, ubi ultimis diebus Apr. an. 1810 vivere desiit.

15. *Nov.* Samuel Urbanecz, Klenoczensis. Reuersus in Patriam Rector Scholae Batkoviae, post biennium autem Capellanus quoque Ecclesiae ibidem constituitur, ordinatus Posonii 24, Oct. 1807. Transiit hinc in Sept. 1810 ad Derencs, in locum Joh. Bakay, S. Gömörinum in Rectorem Scholae ab inde translati, ubi hucdum moratur.

Digitized by Google

Anno 1803.

26. *Maj.* Alexander Vétsey, Isákfalva Castrif. Rediit in Junio 1806, datus successor Cl. Németh in Schola Jaurinensi, ex qua ad Györ-Szemere in V. D. Ministrum evocatus est.

19. *Nov.* Joseph. Laky, Vadasfalvensis e Com. Sopron. Videatur de eo Hrabowszky lib. cit. p. 120.

Anno 1804.

20. *Apr.* Matthaeus Scheverlay, Thurocz. Ex quo ab Exteris in Octobri 1805 redierat, officio priuati Informatoris apud Samuelem Ujházy in Budamér defunctus est, donec in locum Joh. Valentiny, Radvanii V. D. Praeconis constituti, in Con-Rectorem Schemnitzium transiit.

13. *Sept.* Joh. Leopoldus Bellohorszky, Draskótz Thurocz. Antequam in Eccl. Szalatnensi, in qua hoc, quo scribimus, tempore versatur, Minister constitutus fuisset, Capellanum Ven. Super. Lyci Neosolii, priuatum item Docentem in domo Ill. Baronum Podmanitzky egit.

Anno 1805.

18. *Apr.* Steph. Hollay, Kalnó Neogr. Ad Ecclesiam Lossontziensem in Capellanum et Rectorem Scholae evocatus, post sesqui annum Vitebergensibus Musis valedixit. Antequam tamen prouinciam hanc totus capessiuisset, Czinobányam in locum Samuelis Liptay prouocatus, Vocationem hanc priori praetulit, ordinatus Posonii 28. Jan. 1807.

2. *Maj.* Michael Doleschall, Nagyfalú Neogr. Reuersum ab Exteris R. Josephi, Sacrorum iu Ecclesia Miaviensi apud Nitriensis V. D. Minister, in suum Capellanum evocat, et d. 28. Jan. 1808 Posonii ordini sacro per Ven. Crudium

Digitized by Google

Sup. initiandam curat. Transiit hinc postea Vág-Ujhelyinum.

9. *Maj.* Theophilus Kovács, Suhány Neogr. Vitam cum morte Vitebergae commutauit d. ult. Apr. 1806.

— — Joh. Hahn, Abelova Neogr. Vitebergae cum popularibus, Bellohorszky, Bodiczky Doleschall, Dornyak, Hollay, Kovács, Scholtz, et Vécsey adplausum dedit Magnif. Schroeckh, muneris sui diem semisecularem celebranti. Reuersus proli Pongratzianae, in Com. Zempliniensi, Praefectus datus fuit, unde post biennium, et quod excurrit, ad Eccl. Sásomháziensem 3. Febr. 1809 ordinatus est. Occasione ultimae Insurrectionis Nobilitaris Capellanum Castrensem ex parte Evangelicorum Districtus Montani egit. Felix poëticum ingenium carmina ejus plura, luci publicae exposita, testantur.

21. *Oct.* Andreas Bodiczky, Teuto-Liptsa Liptoviensis. Postquam reuersus proles pl. reu. Adami Lowich Neosolii aliquamdiu instituisset, et Capellanum ibidem ad latus Rdiss. Sup. Lyci aliquo tempore egisset, V. D. M. in Daras apud Nagy-Honthenses 1808 renunciatus est. Hinc ad Begenitz translatus.

— — Joseph. Scholtz, Teuto-Liptsa Liptov. Redux primum docuit in Instituto Scholastico Neczpallensi, transiit dein Cremnitzium, V. D. Minister Slauorum constitutus. Unde cum ad Aszód in Rectorem Scholae simulque Capellanum evocaretur, diem supremum obiit.

— — Martinus Dornyak, Lazistye Liptov. Praeest Ecclesiae Lubetho-Banyensi, postquam Scholae Pelsötziensi apud Honthenses aliquot annis praefuisset.

Digitized by Google

Rectore Traug. Car. Aug. Vogt, Med. Doct.

Anno 1806.

21. *Apr.* Ego Joh. Ladislaus Bartholomaeides, Ochtina Gömöriensis, praesentium Catalogorum collector, scriptor atque editor. Natus sum Ochtinae, vico Comitatus Gömöriensis, d. 10. Jan. 1787, patre pl. reu. Ladislao Bartholomaeides, in Ecclesia Ochtinensi Sacrorum Ministro, et hoc, quo ista scribimus, Ven. Contubernii Gömöriensis Conseniore, superius ad an. 1784 notato, matre Nobili Catharina Márton, Csetnekiensi. Jactis litterarum fundamentis in Schola patria sub Hum., jam Reu. Viro Joanne Banko, anno aetatis sexto ad Institutum, seu Paedagogium, quod ibidem Thomas Tsisch Rector erexerat, per parentes datus fui. Moratus isthic annis septem, plurium tum Clarissimorum, tum Humanissimorum Virorum institutione, in his nominatim dicti Thomae Tsisch, Joh. Keblowszky, Andreae Farkas, Pauli Zatroch, Davidis Lautschek, Matthiae Leng, atque Joh. Szépessy usus sum. Anno 1800 Sajó-Gömörinum ad Paulum Magda, causa Ungaricae linguae commigrani; eo exacto Leutsoviam transiui, ubi biennio moratus ab ore Martini Liedemann, Rectoris, item Joh. Sam. Fuchs, Professoris, pependi. Leutsoviensibus Musis 1803 relictis Posonium concessi, usus isthic biennio disciplina Cl. Cl. Dan. Stanislaides, Stephani Fabry, Pauli Bilnicza, atque Georgii Palkovits, toto hoc tempore beneficio Convictus Jeszenákiani utens. Superato et dato 1805 Posonii, ac iterum Szarvassini Candidatorum sic dicto Examine in vere sequentis anni 1806 Vniuersitatem Vitebergensem petii, in qua in Theologicis quidem Nitschium, Tschirnerum, Weberum, in Philosophicis Grohmanium, in Philologicis, praesertim Schleusnerum, in Historicis

Digitized by Google

Schroeckhium, in Physicis denique et ex parte Medicis Langguthium atque Vogtium, cum aliis, audiui. Isthic moram nectens, et studiis operiens, praesentes Catalogos, medio in armorum Gallicanorum, ipsam Ciuitatem Vitebergensem d. 21. Oct. 1806 occupantium, strepitu, ex tabulis Academicis, mihi ad interpositionem Magnif. Schroeckh penes Senatum Academicum factam extradatis, eruf. In Patriam reuersus, atque d. 17. Jul. 1807 in Diaconum Ecclesiae Ochtinensis Eperiesini per Rdiss. Nicolaium Sup. ordinatus, Catalogos hos, plurium Virorum, in his vel maxime ven. Patris opera adjutus, illustratum et ampliatum ibam. An. 1810 in Ecclesia Köviensi Martino Klanicza successor datus, laborem continuavi.

— Georg. Peter, Süvettino-Gömöriensis. Egit is, antequam Posonienses, post jacta scientiarum in Scholis Gömöviensi atque Leutsoviensi fundamenta, peteret Musas, et Vitebergensem adiret Academiam, in Instituto Csetnekiensi Docentem anno uno. Ab Exteris reuersus priuatus aliquamdiu apud Parentes vixit, promotus postea Alnoviam in primarium Scholae Rectorem. An. 1809 eum Ecclesia Alnoviensis in suum Diaconum consecrandum curauit. Transiit hinc 1811 Geczelfalvam in Ministrum.

1. *Maj.* Gabriel Döbrentey, Boba Castrif. Filius Ludovici Ecclesiae Bobanensis V. D. Ministri et Tractus Keményesallyensis ab an. 1804 Senioris. Confirmatis Vitebergae atque Lipsiae studiis, quae domi in Patria Papae Semproniique didicerat, Ephorus prolium Ill. Comitis Gyulai in Transylvania constitutus est.

8. *Maj.* Joh. Gryssa, Teuto-Liptsa Liptoviensis. Antequam Saxones visitaret, pluribus annis priuati Informatoris provinciam apud Sp. Malatinszky in Pongyelok, et Dn. Malvieux in Offi-

Digitized by Google

cina Rima-Brezoviensi gessit. In Patriam reuersus, postquam Posonii eidem educationi priuatae aliquamdiu incubuisset, ad Ecclesiam Hluboczensem apud Nitrienses est promotus, ordinatus Posonii d. 15. *Oct.* 1807. Transiit hinc Bazingam in locum Rev. Szemian. Catechesim Herderi vertit in Slauicum, quae opera Cl. Georgii Palkovits, sumtibus autem Instituti slavici Posoniensis, lucem publicam adspexit.

— — Josephus Kritsméry, itidem Teuto-Liptsensis. Erat per tempus Neosolii ad latus Reverendis. Lyci Diaconus, quo vero mortuo, ac in ejus locum Rndo. Sam. Rozsnay Mitsina evocato, posteriori huic Mitsinae successit.

4. *Oct.* Andreas Kalivoda, Szinye Sárosiensis. Factus in Egyház Minister, dum in aquis Danubii corpus ablueret, fataliter submersus, nomen suum Kalivoda reapse confirmauit.

16. *Oct.* Joh. Blaho, Közép-Palojta Honth. Est Minister V. Dei in Legind, Rev. Bukwa, exinde Alsó Stregovam translato, successor datus, atque 20. Junii 1810 ordini sacro initiatus.

— — Josephus Biszterszky, Bösszönyino Honth. Successit patri in munere ministeriali, ordinatus 19. Mart. 1809.

18. *Oct.* Paulus Honeczy, Ordin. Neogr. Patrem senio confectum in Ecclesia Ordinensi Diaconus adjuuat, ordinatus 9 Nov. 1809.

— — Samuel Liptay, Czinobánya Neogr. Rev. Hahn, ordinario Ecclesiae Sásomhaziensis Ministro, militiae Insurrectionali ex parte Districtus Montani, operam suam locante, in interimalem Ecclesiae ejusdem Pastorem 22. Junii 1809 ordinatus est. Eo demum reduce facto per pl. ven. Frid. Coroni Ratkoviam in Capellanum evocatus fuit. Hoc an. 1813 officium Ministeriale deponente, et in priuatum secedente, ad Neo-

Digitized by Google

gradienses remeauit, ibidemque 1814 praecociter mortuus est.

— — Andreas Kovách, Turicska Neogr., qui Vitebergae existens, auctorem Catalogi hujus in excerpendo eodem juuit, ab Exteris autem reuersus ad Ecclesiam Kalnoviensem vocatus Posonii d. 8. Febr. 1808 ordinatus est.

— — Samuel Gaber, Ozdin. Neogr. Postquam in Patriam reuersus uno circiter anno officio Diaconi Neosolii ad latus Sup. Christophori Lyci defunctus fuisset, ordinatus 25. Maji 1809 ad Ecclesiam Lowinyobányensem, Rev. Tarnik praemature mortuo successor datus, promotus est.

— — Samuel Agonas, S. Gömörino Gömöriensis. Lucem adspexit 11. Febr. 1782. Primus e numero eorum est, quos Rdiss. Christ. Lyci Superattendens creatus ordini sacro initiauit. Reversum scilicet ab Exteris Ecclesia Lossontziensis in Ministrum Hungaro-germanum, simulque Docentem Scholae evocauit, ac 1808 d. 11. Aug., quae dies Installationis Lycianae in Superattendentem erat, Neosolii ordinandum curauit. Transiit hinc post effluxum 10 mensium Rosenaviam in locum Rev. Matthiae Liptay, ex inde ad Alsó-Sájó translati, ubi hoc, quo ista scribimus, tempore viget.

Horum Nomina, dum Matricas excerperemus, inscripta prostabant. Quae sequuntur, aliunde hausta adponimus.

Anno 1807.

16. *Oct.* Joannes Balassa, Lakino Castrif.

20. *Oct.* Joannes Szomor. Hunc Patriae restitutum Coetus Ev. Rimaszombathiensis suum esse voluit Pastorem, successorem quippe Rev. Steph. Pekár, ab inde ad Pongyelok translati, cui hucdum praeest.

Anno

Digitized by Google

Anno 1808.

9. *Maj.* Sigismundus Szalay, Szili Sárkány Soproniensis.

16. *Maj.* Jonathan Farnik, Cserna Veszprim. Hung.

25. *Maj.* Andreas Bellohorszky, Rutka Thurocz. Frater Leopoldi ad an. 1804 notati, ejusdemque in Capellanatu Neosoliensi successor, ex quo successu temporis ad Ecclesiam Tót-Pronensem promotus est.

18. *Oct.* Davides Malatides, Veszprimiens. Hung.

24. *Oct.* Samuel Zsigmondy, Pilis Pesth. Hung. Reuersus pluribus annis prolis Osztroluczkyanae Ephorum egit. Non ita pridem Professor linguarum Orientalium in Posoniensi Gymnasio constitutus.

— — Joh. Geduly, Tamásino Neogr. filius alterius Joannis, Ecclesiae Tamásiensis V. D. Ministri, et Ven. Senioratus Neogradiensis Senioris longe dignissimi, quem an. 1809 d. 31. Mart. in Capellanum Sup. Lyci ordinatum, an. vero 1811 ad Nitra-Szerdahely, in V. D. Ministrum promotum, ut Dii, quippe affinem nostrum, multis nominibus nobis conjunctissimum, quam diutissime servare velint superstitem, sincere precamur.

— — Carolus Benedicty, Nagy-Liberts Neogr. Huic reduci facto Senioratus Neogradiensis provinciam Capellani Contubernialis detulit, ac eum in finem Neosolii d. 14. Maji 1811 ordines sacros impertiri curauit. Evocatus postea fuit Neosolium in Capellanum Superintendentis, ab inde ad Rákos-Keresztúr, ubi hucdum operatur, promouendus.

29. *Oct.* Joannes Kiss, Hung.

Digitized by Google

Anno 1810.

10. *Maj.* Josephus Fridelyi, Süvette Gömöriensis. Hung. Patre Andrea, Ecclesiae Süvettiensis D. V. Ministro, atque alterius Andreae, Ecclesiae Garamszeghiensis Pastoris et Districtus Montani Superintend., superius ad an. 1747 notati, filio genitus anno sequ. 1811 mense Augusto ab Ecclesia Kún-Taploczensi reuocatus, ejusdem Coetus sacer Curio factus est.

— — Joh. Sztehlo, Petrovátz Batsiensis Hung. Patriae in Martio 1811 restitutus in Capellanum Patris 27. Sept. a. e. ordinatus est.

— — Paulus Gály, Tóth-Komlós Békesiensis Hung. Rediit in Nov. 1811 cum Petrovitsio, de quo infra, egitque Capellanum ad latus Rev. Miletz Békés-Csabae, quo mortuo ad Csomád in Comitatum Pesthiensem evocatus est.

12. *Maj.* Michael Kossina, Mossótz-Thurocz. Hung., frater Joannis ad 1801 notati. Patriam in Martio 1811 repetiit.

1. *Jun.* Carolus Cancrinyi, Körmend Castrif. Hung. Agit in praesens V. D. Ministrum in Ecclesia Hartensi apud Pesthiens es

Anno 1811.

4. *Apr.* Josephus Daniel Petrovits, Redova Gömöriens. Patre Josepho, Coetus Redoviensis Ministro, matre Anna Kirinyi genitus, absolutis Csetnekini, Leutsoviae, Debreczini, et Posonii studiis, Jenam salutauit, exactoque ibi Semestri, Vitebergam adiit. Contracto ob nimiam virium animi in litteras adstrictionem mentis morbo eodem anno, d. 29. Nov. turbatus, sed curae socii Pauli Gály concreditus, redibat. Viennae ad Xenodochium generale delatus, et sanitati restitutus, Patri, interea praecociter mortuo an. 1812 mense Majo in Ecclesia Redoviensi suffectus est.

Digitized by Google

Ast morbo melancholiae redeunte, post septem hebdomadarum spatium, propria manu sclopo minore trajectus, obiit, taliterque locum fecit illo tempore cl. Dopschensis Scholae Rectori, jam Rev. Andreae Madarász, post fata ejus Redovam in V. D. Ministrum accersito.

7. *Maj.* Antonius Ludov. Múnyai, Cibiniens. Vng. Rediit sequenti anno, mense Sept., factus in Csákány apud Casp. Dessewffy prolium Ephorus, jam Olaszini in Scepusio V. D. Praeco.

Anno 1812.

Apr. Casparus Schullek, Taxoviensis. Patre Matthia, Ecclesiae Taxoviensis V. D. Ministro, satus, terminatis in Patria studiis Tubingam adiit, ubi unum annum moratus, Viennae substitit, et exercendae Medicae praxi incubuit. Exacto hic semestri Vitebergam concessit, gradum Magistri Philosophiae capessiuit. Redux in Capellanum patris ordinatus, eidem an. 1815 mortuo suffectus est.

— — Philippus Nathanael Pullinyi, Budikfalva Gömöriensis, filius Samuelis, superius ad an. 1781 memorati, qui, postquam longiori tempore ad latus patris vixisset, recenter in Ecclesia Petyanensi apud Neogradienses Capellanus effectus est.

Claudat Agmen Vngarorum, qui in Alma Vitebergensi Vniuersitate ab ejus exordio, usque finalem eversionem litteris operam nauauere:

— — Daniel Powázsay, Szarvasiens. Vng., qui, ubi reversus per tempus Pesthini in domo Ill. L. B. Alexandri de Próna, praesentis Operis nostri Maecenatis munificentissimi, Informatorem egisset, praecociter mortuus est.

Digitized by Google

Additamentum ad pag. 121.

Haud injucundum erit hoc loco videre epistolam, quam C. Georgius Thurzó An. 1615 ad filium Emericum Thurzonem, Rectorem Academiae Vitebergensis, dederat. Est vero ea transsumta ex Autographo, quod Plur. Ven. Joannes Molnár apud Pesthano-Budenses SS. EE. Minister, ac Senior, Archivo generali Evangelicorum A. C. dono obtulit, nunc memoriae duorum eminentium Procerum conservandae causa hic juris factas.

Inscripta est epistola hoc modo:

„Illustri ac Magnifico Comiti Emerico Thurzó de Betthlemfalva, Libero ac haereditario Comiti de Arua, ejusdemque Comitatus Aruens, Supremo et perpetuo Comiti, ac Inclytae Academiae Vitebergensis Rectori Magnifico etc. Filio nostro charissimo

Accepi 8-va Januarii
resp. 11-a Anno 1615.

Vitebergam.

Digitized by Google

Illustris ac Magnifice Comes, fili nobis charissime: Salutem et felicissimos ad vota successus precati, affectum nostrum paternum tibi deferimus.

Valere te ex animi sententia, tum vocationis modernae labores gnauiter urgere, successusque Dei beneficio subinde consequi optatos, non ex litteris solummodo tuis, verum ex Severino etiam, Tabellione nostro, gratissimo intelleximus animo, desiderantes unice, ut in futurum quoque similia de tuarum rerum Statu intelligere, ac congratulari queamus. Nos quoque, Domina Genitrix, et suauissimae Sorores, laudetur benignum Numen, mediocri fruimur ualetudine. Noui quod nunc scribamus, occurrit tale nihil. Quantum ad officium Rectoratus Almae istius Academiae Vitebergensis, etsi nuper quoque modo simili cum paterna exhortatione tibi congratulati simus, tamen et nunc te amanter monendum esse duximus, cum Magistratus ostendat Virum, remis, velisque allabora, ut Provincia haec idoneum te, et dignum tanto munere experiatur, utque illi officio, quod quasi praeludium quoddam majoris regiminis olim benedicente Domino assequendi, cum Dei gloriae incremento, totius Inclytae Academiae emolumento, Tuoque et Tuorum insigni ornamento praeesse possis, unice in id intentum esse non praetermittas. Ubi Dominae Genitrici tuae scribis, et cupis, ut a nobis illa expeteret Imaginem nostram in acnea tabella excisam: eam in quem usum exoptes nescimus; volentes tamen in eo quoque tuis satisfacere votis, cum praesentibus litteris nostris eam tibi mittimus. Da operam, ne deperdatur, verum una tecum dante Deo ad nos suo tempore redeat. Icon hic noster, dum sculperetur, integra fuimus adhuc aetate, jam ab eo tempore aliquot effluxerunt Anni, successitque ruga, et canities.

DEus Opt. Maximus faxit, ut sequentes etiam, quos divina nobis largiri dignabitur Majestas, anni, pede inoffenso, et sydere fausto fluant, utque te reducem salvum et incolumem olim conspicere, et disvaviari queamus.

Digitized by Google

Nunc quod restat te porro monemus, crebrius datis ad nos litteris nos recreare, et exhilarere stude; Vale, optatissime fili. Datum in arce nostra Byttche 14-a Decembris stilo nostrate Anno M,DCXV

Charissime Fili, quod aliud ad te scribam, non habeo, Dominus Vesselényi pertesus solitariae vitae, de novo in uxorem Hieremiae Pongracz filiam ducere propitius est. Dominus Comes a Zrinyio Nicolaus huc veniendo fratrem Georgium iterum in Aulam meam promovere nititur, utinam boni Juvenis statum, aetati suae accomodum, etiam antea non interturbasset.

Pater quoad vixerit semper
benevolentissimus
Comes GEORGIUS THURZÓ m. p.

Digitized by Google